



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20




Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20




Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Ald. 2/1.






Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20




Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

MATTHAEI GRIBALDI IVRISCON-
sulti Cheriani, in florentissimo Patauino gymnasio iura ciuilia ex ordine profitentis, subtiles atque perutiles interpretationes in difficillimã. l. ij. C. cõmu. de lega. & in. l. Verbis legis, de Verbo. signifi.




BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

VENETIIS. MDLIII.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

REVERENDISSIMO DOMINO, domino Bartholomeo Syrigo, Episcopo Castellanetensi dignissimo, Matthæus Gribaldus. S.

IVSTINIANI Cæsaris constitutionem secundam, de communione legatorum, et fideicommissorum (præsul Reuerendissime) neque ab antiquis, neque à modernis scriptoribus satis (ut mihi uidetur) explicatam; cõmentariolis hisce meis utcunque delineandã assumpsi. quod sanè, et perquàm libenter, et non malo consilio feci: cùm ut hæc studia nostra aliqua ex parte iuuarem, multorumque desiderio satisfacerem: tũ uerò, ut nomini tuo, cui plurimum debeo, aliquid officii rependerem. Haud quaquã planè ignarus hæc nostra paradoxa nõ omnium genio placitura. Cùm per rerum naturam ἀδύνατον sit, aut certe difficillimum inter omnes cuiusuis disciplinæ professores de eadem causa, et sententia conuenire; præsertim in hac nostra ciuili philosophia, in qua nullum ex præscripto naturę ordine fundamentum stabile inuenitur: sed ex bono et ęquo petita principia multorum animis, et sensibus illuduntur. Sæpe enim euenire solet, ut quod ille bonum existimat, id alteri parum utile, atque honestum uideatur: et quod unus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

æquum putat, alter iniquum facilè arbitretur: tanta semper fuit (ut inquit comicus) capitum, et sententiarum diuersitas. Neque tamē id cuiquā de humano genere mirum uideri debet, quandoquidem scire solius Dei est, qui solus eorum omnium, quæ sunt, ueras causas, et principia nouit: homines uerò solis opinionibus agitari perspicuum est. quippe qui arbitrariis causis, et rationibus sibi ipsis singuli blandiuntur. Atque id planè efficit, ut ab orbe condito in supremum usque diem crebræ in omni disciplinarum genere dissensiones, miręque definitionū uarietates inter homines, et fuerint, et futuræ sint semper. Haud tamen propterea non liberum cuique esse debet promere, quid sentiat, suumque de re quacunque proferre iuditium; ut legentes uarietate ingeniorum excitati, quid sequendum, fugiendum'ue sit, alieno labore perdiscant. Ego igitur, ornatissime Antistes, inter tot Doctorū opiniones, inter tot sensuum ἰλώεια, seu (ut Iustiniani uerbo utar) lacerationes, iuditium quoque meum sub tuo amplissimo nomine publicare non dubitaui, et quid hac secunda cōstitutione Iustinianus intenderit planius explicare. Cui, ut auctuarium quoddam, etiam Vlpiani legem titulo de uerbo. signi. libenter adięci: quandoquidē ex ea, uelut ex fonte quodam, primordia sensuum, et declarationum ad uniuersam legatorum materiam sumi, atque deduci ab omnibus consue

uerunt. Interea uero immensa tuæ dignitatis præconia nõ attingam, ne loco parum idoneo ineptum magis, quàm gratum encomiastẽ agere uidear. Hoc solum in præsentia fateri iustũ putaui, me, & ingenii tui bonitatem, et animi candorem, et morum suauitatem, et insignem tuam, cùm erga omnes, tum uerò in me ipsum beneuolentiam, et humanitatem, plurimis ac certissimis argumentis agnouisse. Proinde, reliquo beneficiorũ cumulo hoc per te magnũ accedet, si hasce nostras quales quales lucubratiunculas loco Saturnalitii muneris tibi nuncupatas, et lubenti animo susceperis, et humanitate tua non indignas putaueris. Bene uale Xenophilo felicior, et Gribaldum tuum, ut facis, amare non desine.

Patauii pridie Idus decembres. 1552.

AMEDEVS BROLIA CHERIANVS Lectori.

QVAE non antiquis scriptoribus, atque modernis
Nota fuere, tibi hinc lector habere licet:
Hæc tibi ueridici facundia docta Gribaldi
Explicat, & miro discutit ingenio.
Magnum opus agressus: nam, quæ legata peribant;
Reddidit, ac mentem Iustiniane, tuam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

IVSTINIANVS AVG. IVliano Præfecto prętorio.



MNE uerbum significans testatoris legitimum sensum, legare uel fideicommittere uolentis, utile atque ualidum est; siue directis uerbis, quale est iubeo fortè, siue precariis utatur testator, quale est rogo, uolo, mando, fideicommitto: siue iuramentum interposuerit, cum, et hoc nobis audientibus uentilatum est, testatore quidem dicente ἐνόρκω, partibus autem huiusmodi uerbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (secundum quod diximus) ex omni parte uerborum non inefficax uoluntas secundum uerba legantis, uel fideicommittentis. et omnia, quæ naturaliter insunt legatis, ea et fideicommissis inhęrere intelligantur: et è contrario, quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatū. Et, si quid tale est, quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur, ut sit omnibus perfectus euentus. et ex omnibus nascantur in rem actiones, et ex omnibus hypothecariæ, et ex omnibus personales. Vbi autem aliquid contrarium in legatis, et fideicommissis eueniat, hoc fideicommisso, quasi humaniori, aggregetur, et secundum eius dirimatur naturam. Et nemo moriēs putet suam legitimam uoluntatem reprobari, sed

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

nostro semper utatur adiutorio, et quemadmodum uiuentibus prouidimus, ita et morientibus prospiciatur. et si specialiter legati tãtũmodo faciat testator mentionem, hoc et legatum, et fideicommissum esse intelligatur; et si fidei hæredis uel legatarii aliquid committatur, hoc et legatum esse uideatur. Nos enim non uerbis, sed rebus ipsis legem imponimus.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



MNIA legitimum sensum referentia uerba,
Qui legare uelit, fidei aut committere quicquam,
Testantis, penitus ualeant, plenoq; fruantur
Euentu: directa sient seu forsitan illa,
Vt iubeo: seu forte precaria, qualia mando,
Opto, uolo, cupio, fideicommitto, rogoq;:
Siue etiam iurans græcè testator ἐνόρκω
Dixerit, huc illuc uerbum lacerantibus illud
Partibus, hanc etiam nobis admittere mentem
Iuratam placuit: ne qua ratione uoluntas
Vltima deficiat concepta ob uerba loquentis;
Parte sed ex omni uerborum firma resultet.
Insuper, & quæ legatis specialiter insunt
Cuncta, etiam fideicommissis talibus insint:
Et contrà, quicquid fideicommittitur, illud
Legatum esse queat, naturamq; induat eius.
Quòd si aliquid fuerit recto sermone relictum,
Cui legatorum uis, & natura repugnet,
Hoc illi ex fideicommissis detur, ut omni
Euentu ualeat, perfectus & omnibus adsit
Exitus: ex cunctis nascatur & actio triplex,
Scilicet in rem, atque in personam, & pignoris ergò,
Verum ubi legatis in talibus, atque relictis
Obliquis, aliquid pugnans euenerit: illud
Commissum ut fidei ualeat, iurisq; benigni

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Naturam assumat. Moriens, & nemo repelli
Iudicium putet usque suum, mentisq; tenorem
Legitimæ; at semper ualeat, nostroq; fruatur
Auxilio. & sicut uiuis prouidimus ipsi,
Defunctis etiam nos prospexisse palam sit.
Et, quamuis tantum legati mentio fiat,
Hoc, & legatum censeri possit, idemq;
Commissum fidei, atque obliqua mente relictum.
Sic etiam obliquo si quid sermone, relinquens
Testator fidei hæredis committat, & eius
Cui legata dedit, legatum id iure putetur.
Nos etenim rebus, mentiq; imponere leges,
Non uerbis uolumus, nec frustra inducere quicquam.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

MATTHAEI GRIBALDI IVRISCON- sulti Cheriani, in florentissimo Patauino gymna- sio iura ciuilia ex ordine profitentis, sub- tiles atque perutiles interpretatio- nes difficillimam l. ij. C. comu. de lega. & in l. Verbis legis, de Verbo. signifi.



HAEC Iustiniani constitutio plane, & difficilis, & scrupulosa, triplici sensu explicari solet: quo fit, ut uerus intellectus adhuc magis desideretur. Nam eius, quod multipliciter exponitur, ueritas ignoratur. l. in ambiguo, ubi Bart. de reb. dub. Bal. in. l. scire leges, de legi. & in. l. ne quicquam .§. ubi decretum in princ. de offici. Præsid. Principalis igitur difficultas huius legis est, Vtrum omnes differentiæ, tam substantiales, quã naturales, & accidentales inter legata, & fideicommissa iure Digestorum, uel Institutionum adhuc militantes, per hanc constitutionem penitus sublatæ intelligantur? & nunquid Iustinianus aliquid ultra, uel contra prædicta iura, de nouo induxerit?

ET PRO uberiori declaratione præmitto, ꝙ iure Digestorum, & Institutionum legata à fideicommissis pluribus adhuc differentijs distinguebantur. In primis respectu nominis, & appellationis; quia alterũ legati. alterum fideicommissi uocabulo nuncupabatur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

quæ diuersitas nominis diuersitatem quoque substantiæ plerunque significat.l.si idem.C.de codicill.§.fi.Insti.qui testa.tuto.da.poss.

SECVNDO, quia diuersos etiam tractatus, ac titulos receperunt,ut.C.de lega.& C.de fideicom.Insti.de lega.& Insti.de singul.reb.per fideicom.relic.& ubique per copulam coniunguntur, quæ essentiæ diuersitatem præsupponit secundum glo.ordi.in rub. de iuris,& fac.igno.

TERTIO, quia legata uerbis præceptiuis fiebant:fideicommissa uerò deprecatiuis.l.Sempronius,de usuf.legat.l.uerbis ad.l.falcid.l. cohæredi.§. cum filiæ de uulga.l.libertates de fideicom. liberta.§.fi. Insti. de singul. reb.

QVARTO, quia legata non nisi testamento relinqui poterant : fideicommissa etiam ab intestato ualebant.l.legatum est donatio,de lega.ij.l.illud.§.tractari,de codicill.l.si filiusfam.in princ.ad.l.falcid.§.præterea Inst.de fideicom.hæredi.glo.in.l.quia autem,in uerbo fideicommissa,si quis omi.cau.testa.

QVINTO, legata sola uoluntate tacita induci nō poterāt,nisi uerbis exprimerētur.l.seruū filij.§.fi.de lega.i.l.damnus.§.i. de usuf. lega.l.iiij. ubi glo.in uerbo deberi,& ibi not.Comensis de lega.i. dicens in legatis non sufficere uoluntatem omnino tacitam,& à uerbis derelictam:fideicommissa uerò sola uoluntate,nu=

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

tu, uel coniecturis insinuata ualebant. l. unum. §. fi. & l. cum proponebatur de lega. ij. l. nutu de lega. iij. l. cum uirum. C. de fideicom.

SEXTO, à legatario legari non poterat, sed fidei committi duntaxat. Inst. de singu. reb. per fideicom. relic. in princ. l. quinta in princ. de lega. iij. l. i. §. & hæc disponimus supra eo.

SEPTIMO, rei legatæ dominium à testatore in legatarium directò, & ipso iure transibat. l. legatum ita, in fi. de lega. ij. l. si quis usumfructum, de usufruc. lega. l. à Titio, de furtis. Fideicommissa uerò nõ nisi mediante restitutione acquirebantur. l. Paulus. §. hæres, ubi glo. & Fulgo. de usu. Insti. de singul. reb. §. i. d. l. si quis usumfructum.

OCTAVO, legata non nisi principaliter, & expressè induci poterant: fideicommissa uerò etiam tacitè, & in consequentiam collecta ualebant. l. emptor. §. ancillam de rei uendi. d. l. seruum. §. fi. de lega. i. Bartol. & Doc. in. l. i. de lega. i. Et differt hæc octaua à quinta superius posita, quia ibi de tacito, & expresso; hic de principali, & consecutiuo tractatur.

NONO, pro legatis actio competebat. l. i. supra eo. l. cum filius. §. uarijs de lega. ij. fideicommissa uerò, secundum aliquos, non nisi officio iudicis petebantur l. pecuniæ uerbũ. §. actionis, ubi ponit Alciat. de uerb. signi. l. si cui de conditio. & demon. quod quidem offi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cium nullam præsupponit obligationem l. qui per collusionem. §. i. de actio. emp. Sed communis opi. uidetur in contrarium, secundum Bartol. & Doc. in d. l. i. de lega. i. per tex. in l. si res de lega. iij. quam puto ueriorem quia post Augustum fideicommissa ad necessitatem redacta sunt, & obligare cœperunt. Insti. de fideicom. hæredi. §. fi. Insti. de codicill. in prin. l. sed & si sic in fi. ibi, nec recipiendum est, ut cui nihil dederis, eum rogando obliges; de lega. iij.

DECIMO, retenta communi opi. pro legatis, & realis, & personalis actio competebant, d. §. uarijs, de lega. ij. d. l. si res de lega. iij. pro fideicommissis autem sola personalis, d. l. si res, & l. si quis inquilinos. §. i. de leg. i. l. legatum est delibatio. §. fi. eo. ti. l. testatrix, si serui. uendi.

VNDECIMO, post hæredis mortem legari non poterat; fideicommittere uerò licebat. §. post mortem Insti. de legat. Iustinianus enim primus induxit, ut actiones ab hæredibus, & contra hæredes, incipere possent: eo. ti. C. ut actio. ab hæredi. Et hæc differentia confirmare uidetur opi. Alciati in d. l. pecuniæ. §. actionis; quod scilicet pro fideicommissis actio non competeret, sed officiũ iudicis tantum: de quo alibi dicetur.

DVODECIMO, legata solo honore, & emolumento constabant. d. l. legatum est delibatio, de lega. i. l. legatum est donatio, de lega. ij. l. uxorem. §. i. de lega. iij. ubi hæres non censetur oneratus, quando solum lega-

tum præstat: sic in.l.Iulianus in fi. de manu. testa. Fidei-commissa uerò semper onus, & grauamen simul cum honore præsupponebant.l.cohæredi.§.cum filiæ, de uulga.l.ab eo.C.de fideicom.l.sed, & si sic in fi. de lega.iij.l. ex tribus, cum ibi not.C. de inoffi. testa.

DECIMOTERTIO, in legatis dominium rerum particularium per aditionem hæredis non confundebatur.d.l.legatum ita de lega. ij.d.l. à Titio de furt. In fideicommissis uerò, & dominia, & seruitutes aditione confundebantur.l.si seruus Titij, & .d.l.legatum est delibatio.§.fi.de lega.i.l. Papinianus, cum ibi not.de seruituti. In hoc tamen fuit opi. Ripæ in.d.l.i. de lega.i.ꝙ etiam in legatis inducitur confusio dominij, & seruitutum per aditionem hæredis: quia ante aditam hæreditatem dominium non censetur legatarijs perfectè quæsitum.l.si tibi homo.§.i.de lega.i.declarat Corne.in.l.i. supra eo. Ideo per aditionem inducitur quædam confusio inspecta saltem uniuersitate totius hæreditatis, quæ per aditionem confirmatur, & in legata quoque particularia influit.l.si nemo, de testa.tutel.& .l.omnia de lega.i.glo.in.l.si hæredis seruus in princ.glo.magna eo.ti.de lega.i.

DECIMOQVARTO, in legatis puris regula Catoniana locum habebat.l.cætera.§.i. de lega.i.l.i.de regu.Cato. secus in fideicommissis.l.i.§.i.de lega.iij.nisi dicatur, ꝙ tex.in.d.§.i.de lega.iij.loquitur de fideicommissis ab intestato relictis: quia ab intestato regula Catonis locum non habet; secus in fideicommissis ex testa

mento relictis. nam data paritate terminorum nulla in hoc esset differentia, ut in simili arguit Bartol. in. d. l. i. uersic. tertia regula ibi, fortè in hoc non est differentia, de lega. i. tamen dici potest, ꝙ fideicommissa semper erant pinguioris naturæ, quàm legata. d. §. nostra autem, Inst. de lega. & ideo semper facilius sustinebantur, quia in sola uoluntate citra ullam solemnitatem consistebant. §. fi. Instit. de codicill. cum uulgaribus.

DECIMOQVINTO, legati uox generalis erat ad omnem speciem ultimæ uoluntatis particularis. l. et fideicommissum, & l. uxorem. §. legauerat de lega. iij. l. legaui de libe. lega. l. Papinianus de seruitu. cum simil. Fideicommissi autem uox semper in specie capiebatur pro relicto obliquo, nec ad legatum, seu sensum directum adaptari poterat, secundum omnes Modernos in. d. l. i. de lega. i. ubi concludunt, ꝙ licet inueniatur legatum pro fideicommisso, nusquam tamen fideicommissum pro legato positum inuenietur. & ratio assignari potest, quoniam nomen generis, uelut capacius, cuilibet speciei potest conuenire: sed nomen speciei nũquam pro suo genere poni potest, ut in adoptione, & cognatione uidemus. quæ ratio in sequenti differentia plenius declarabitur.

DECIMOSEXTO, legatum in uim fideicommissi ualere poterat. l. quia autem, si quis omi. cau. testamen. sed non cõtrà, quia directum facilius obliquatur, quàm obliquum dirigatur. l. filiusfam. §. ut quis

hæredem

hæredem de lega.i.l.Scæuola,cum ibi not.ad Trebellia. l.Antoninus,arguendo à speciali,de fideicom. liberta. Nam quod plus est,in minus resolui potest:non contrà l.tutores.§.i.de admi.tuto. iunc.l. pater Seuerinam.§. conditionum,de condi. & demon. ubi uerbum tutor facilius in curatorem resoluitur, quàm contra'.facit tex.in.l.i.§. si stipulanti,de uerbo.obliga.& in c.cuili= cet,de reg.iu.in sexto.

DECIMOSEPTIMO, tota hæreditas legari non poterat,sed portio tantum hæreditatis.l.non am= plius.§.fi.de lega.i.l.mulier.§.fi.ad Trebellia.per fidei= commissum uero tota hæreditas,& bona omnia utili= ter relinquebantur.l.cogi,& l.restituta,et eo.ti.ad Tre bellia.to.ti.Inst.de fideicom. hæredita.

DECIMOOCTAVO,& ultimo (ne sim proli= xior)posthumis alienis legari non poterat,immo fidei= commissum relinqui.§. posthumo Inst. de lega. iunc.l. pen.de lega.i.Multæ aliæ inueniri possent differentiæ, de quibus probabiliter dubitatur, utrum ne per hanc Iustiniani constitutionem sublatæ penitus censeantur.

PRIMA fuit opi.Bartoli in.d.l.i.de lega.i. quam crebriore calculo Doctores sequi uidentur.ꝙ scilicet fi deicõmissa iam de iure Digestorum essent legatis adæ quata;ut sparsim ex legibus Iurisconsultorum colligi potest.l.quia autem,si quis omi.cau.testa.l.quæ sub cõ ditione,de condi.Insti.l.planè.§.sed si non corpus de le ga.i.l.si res,de leg.iij.l.i.uersic.planè,ut lega.no.caue.l.

si quis ab eo, ad Trebell. d. l. Sempronius de usuf. lega. l. unum. §. si omissa de lega. ij. cum simil. Deinde per Vlpianum legata fuerint fideicommissis in omnibus exæquata. d. l. i. de lega. i. Nouissimè uerò per Iustinianum omnimoda adæquatio uicissim facta, & omnis differentia prorsus sublata intelligatur, ita ut synonima dici possint. Et ideo quicquid de legato dicitur, hoc idem & de fideicommisso intelligi debet. & statutũ loquens de legato in specie etiam fideicommissum cõprehendit, & renuntians legato, et fideicommisso renuntiare uidetur: licet renũtiatio sit stricti iuris, & alium casum quàm expressum non includat. l. si domus, de serui. urba. prædio. Et prædicta sunt de mente Bal. & Pauli, ut referunt hic Moderniores, quamuis Alexander in statuto incidenter reclamet, ut per eundem in. d. l. i. col. ij. in fi. uersic. tamẽ oportet, ꝗ intelligamus de leg. i. ubi etiam refert Paulum hic decidentem, ꝗ agens ex testamento, si petat sibi dari ex legato, licet in testamento, constet de fideicommisso; tamen obtinebit propter omnimodam legatorum, & fideicommissorum exæquationem. Et hanc communem opinionem, ꝗ legatum, et fideicommissum pro uno, & eodem accipiantur, & synonima esse intelligantur; uidetur prima facie probare totus contextus huius legis, dum dicitur, ꝗ quicquid fideicõmittitur, hoc intelligatur eẽ legatum, & si testator specialiter legati mentionem fecerit, id et legatum, et fideicommissum esse cẽseatur; et si fidei hæredis uel legatarii aliquid committatur, hoc et legatum esse uideatur.

AD idem facit tex.in.§.sed non usque Inst. de lega.ubi Iustinianus sublata prius illa quadruplici legatorum differentia circa modum legandi, ut in.l.i.supra eo.& in.§.nostra Inst.eo.etiam inter legata,& fideicommissa omnem differentiam sustulit: & naturã fideicommissorum ueluti pinguiorem, & humaniorẽ legatis communicauit,& si quid plusculum fuerat in legatis,hoc ipsum etiam fideicommissis indulsit; ut per omnia una,& eadem dispositio,unaq; natura legati, & fideicommissi censeatur.

ET prædicta opinio adhuc clarius comprobari uidetur ex.§.sed ne in primis,Inst.eo. ubi Iustinianus ad euitandam difficultatem terminorum de legatis,& fideicommissis separatim iuniorum gratia tractare uoluit, ut cognita singulorum natura, facilius eorũ permistionem cognoscere ualeant. Ex quibus uerbis colligitur naturam legatorum, & fideicommissorum adeo fuisse confusam, & permistam, ut una et eadem natura putetur, una & eadem dispositio censeatur arg. tex. in.l.rerum mistura, de usucapio. & in.l. qui fundum .§. qui filium, uersic. num confusi duo semisses,ad.l. Falcid.

HOC idem confirmare uidetur, Iustinianus in.l. uni.§.ubi autem.C.de cadu.toll.ibi, nos autem omnimodo repellimus unam omnibus naturam legatis,et fideicõmissis imponentes, et antiquã dissonantiam,in unam trahentes cõcordiã,etc.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Multa alia aduci possent, quæ prima facie huic opinioni communi suffragari uiderentur: quæ, ut leuiora, breuitatis gratia omittuntur.

EX hac igitur opinione, si uera esset, plurima sequerentur digna adnotatione.

PRIMO, quod legatum & fideicommissum essent synonima, & utrunq; idem significaret.

SECVNDO, quod paria omnino essent legare, uel fideicommittere, confusis scilicet substantiis, & naturis.

TERTIO, quod siue directò, siue per obliquũ aliquid relinquatur, illud indifferenter, & promiscuè legatum seu fideicommissum propriè censeatur, & appelletur.

QVARTO, quod omnis essentialis, & naturalis differentia inter legata, & fideicommissa hodie sublata penitus intelligatur, remanente duntaxat uocum multiplicitate.

QVINTO, quod omnes tituli, ac leges, tam Digestorũ, quàm codicis, separatim ac diuersimodè de legatis & fideicõmissis tractantes, ac disponentes, per hanc Iustiniani constitutionem omnino correctæ censeantur.

SEXTO, & ultimo, quod omnia statuta, uel hominũ contractus, & dispositiones, in quibus legati uel fideicommissi simpliciter, atq; specialiter mentio fieret, de

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

utroq; relicto tam directo, quàm obliquo, loqui intelligerentur, & utrunq; modum & effectum propriè cõplecterentur.

VERV M prædictis non obstantibus, arbitror cõmunem opinionẽ longè à ueritate recedere. nec enim uerisimile est Iustinianum tot de legatis & fideicommissis tractatus, tot antiqua iura, tot notabiles effectus, & proprietates, unius constitutionis placito penitus abrogasse. Argu. Tex. in l. si quãdo C. de in offi. testamẽ.

SECVNDO, quia Iustiniani intentio fuit (ut ex rationibus per eum passim allegatis colligitur) uerbales tantum differentias tollere, quibus mens disponentium lædebatur, uel in totum peribat. ut hic in fi. & in d. l. i. supra eo. & in d. §. nostra Insti. eo. ubi Iustinianus se ad talem exæquationem faciendam adductum testatur, quia magis ad uoluntates morientium, quàm ad uerborum qualitatem respicere uoluit: & magis fauere menti, quàm uerbis. quæ rationes ineptæ forent, & effectui minimè conuenientes, si non modò uerbales, sed etiam substantiales differentias sustulisset, rerumq́;, ac uocabulorum essentias, & naturas, seu proprietates ex toto confundere uoluisset. hoc non fuisset morientium uoluntates adiuuare, sed destruere. nam quilibet disponens id omnino uelle præsumitur, quod uerbis exprimit, ad cuiusq; rei substantiam & naturam, accommodatis. l. Labeo in fi. de supellec. lega. l. in ambiguo de reb. dub. l. libertates de fideicom. liberta. l. directis C. de Testa. manu. l. uerbis ad l. Falcid. l. uerbis de uulga. l.

iiij. Cũ ibi not. de lega. i. l. si alij de usuf. lega. Cum simil. Igitur utens uerbis directis, alio non apparente, effectũ directum inducere uelle uidetur, & precarijs obliquũ. quæ uoluntas ex uerborum proprietate collecta, sine causa subuerti non debet. l. non aliter de lega. iij.

TERTIO, quoniam illæ differentiæ, ꝙ legatum ualeat iure directo, fideicommissum iure obliquo: item, ꝙ legata non nisi testamento, uel codicillis testamentarijs relinquantur, fideicommissa etiam ab intestato: item ꝙ à legatario legari non possit, sed tantum fideicommissum relinqui: adhuc hodie militare probantur per iura Institutionum, quæ de præsenti loquuntur, & post hanc legem edita sunt d. §. nostra. & d. §. sed non usq;, Inst. de lega. iunc. §. præterea Insti. de fideicom. hæredi. & Inst. de singul. reb. per fideicom. relic. in princ. Nisi ad hæc ultra Doc. respondeatur, ꝙ licet Iustinianus adhuc de præsenti prædictas differentias in suis Institutionibus retulerit, id consultò fecit, ut antiquam naturam, & proprietatem legatorum, ac fideicommissorũ iuuenibus separatim ostenderet, quemadmodũ iam protestatus fuerat in d. §. sed ne in primis, Inst. de lega. uerumtamen in effectu & re ipsa tales differentiæ per hanc legem & per d. §. sed non usque, omnino sublatæ intelliguntur. Et hæc iuditio meo est probabilior responsio, quæ pro communi opi. possit adduci: sed inferius resoluetur.

QVARTO, contra communem fortius urget tex. noster hic diligenter expensus in princi. dum dicit,

Omne uerbum ſignificans testatoris legitimũ ſenſum legare uel fideicommittere uolentis, ualidum et efficax sit, ut ex omni parte uerborum uoluntas disponentis ſuſtineatur. *Ergo adhuc diſtinguitur legatum à fideicommiſſo ſecundum uerba & mentẽ relinquentis.* Item *ibi,* et ſi quid cõtrarium in legatis et fideicõmisſis eueniat, hoc fideicommiſſo, quasi humaniori, aggregetur. Ex *quibus uerbis apertè liquet eſſentiam, & denominationem legati, & fideicommiſſi nõ eſſe confuſam, neq; peremptam: cum adhuc hodie præſupponatur aliquid eſſe relictum, quod legati ſubſtantiæ, uel etiam naturæ aduerſetur; ita ut iure legati ualere non poſſit, & tamen in uim fideicommiſſi ſuſtineatur.* Et *certè huic uerſiculo reſponderi non poteſt.*

QVINTO, *contra communẽ facit, quoniam hæc conſtitutio non eſt de quinquaginta deciſionibus* Iuſtiniani, *per quas alia iura* Codicis & Digeſtorum *limitantur, ſupplentur, uel emendantur. ſed eſt de prioribus eiuſdem* Principis *conſtitutionibus ſecundum* Doc. & *probatur in d. §. noſtra & §. ſed non uſque* Inſti. *de lega. ubi fit mentio de dicta conſtitutione:* Cũ *dictæ deciſiones ſint poſteriores libris* Inſtitutionum *l. fin. ibi,* omnia, quæ in libris C. *de teſtamen. & dicit* Bartol. *notabiliter in conſil.* 144. *iudex. ꝙ iura* Codicis *ſunt edita ante* Inſtitutiones, & *qui uult aſſerere aliquam l.* Codicis *eſſe de quinquaginta deciſionibus, ille probare debet. licet quidam* Moderniores *hanc l. inter quinquaginta deciſiones numerauerint. & ideo non eſt uerisſimi*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

le differentias inter legata & fideicōmissa iure Digesto rum comprobatas per Iustinianum tam repente, & inconstanter fuisse sublatas. Cum enim Iustinianus uniuersum opus Digestorum, ex selectorum Iurisconsultorum fragmentis à compilatoribus concinnatum, ueluti leges proprias à seipso editas, approbauerit, ut patet ex proœmio Pandectarum in princ. & in §. itaq; ibi, ex libris autem quinquaginta nostrorum Digesto rum. *& in d. l. fin. C. de testa. ibi ,* Omnia, quę in libris nostrorum Digestorum. *& in l. i. §. ea quæ C. de uete. Iu. enucle. absurdum foret existimare dictas leges Pandectarum semel approbatus per iura Codicis incontinenti fuisse correctas l. non ad ea, de condi . & demō. nam eodem fermè tempore & libri quatuor Institutionum, & duodecim constitutionum Imperialiū, & quinquaginta Digestorum à prædictis Compilatoribus uiris doctissimis, de mandato ipsius Iustiniani purgati compositiq; ac publicati fuerunt, ut in princ. proœmij Digestorum . Ex quibus aperte concludo per iura Codicis leges Digestorum non corrigi, neque sententias Iurisconsultorum nobis traditas rursum intelligi per Iustinianum sublatas. quod etiam uidetur sensisse glo. in l. uni. §. pro secundo , in uerbo , substitutus de Cad. toll. Proinde non parū hallucinantur Bartol. & Doc. existimantes Iustinianum cum de media Iuris prudentia loquitur, de libris Digestorum sentire, seu de Iurecō sultis posterioribus ibi comprehensis: cum tamen illi, ut dictum est, fuerint authoritate Cæsarea comprobati. Cæterum media Iuris prudētia ad antiquos illos Iuris prudentes referenda est, qui post Ius xij. tab. ante tamen cō-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ſtitutiones Imperatorum extiterunt.ut eſt tex. in §.media, Inſtut.de legi.agnato.ſucceſſio.quorum interpretationes ad legem decemuiralem, & alias leges populi Romani adeo uariæ & confuſæ inueniebantur,opiniones'q; adeo diuerſæ & pugnantes, ut emendatione potius, quàm imitatione indigere uiderētur. Multa enim per eos excogitata nimio rigore, nimiaq; ſubtilitate cō ſtabant. Pleraq; ambiguis ſententijs confuſa, atque indeciſa manebant d. §.media.& l. lege xij.tab. C.de legiti.hære.l.maximum C.de libe.præterit.l.i.Supra eo.l. fi.de condi. Inſtit.l.pen.ſupra de teſta.l. cum inter. & l.pen.infra de fideicom.liberta.l.fi.de autho.præſtan.l. antique & l. pen. ad Velleia. l. apud antiquos C. de furt.l.fi.in princ. de Iu. domi.impet. §. pretium, ibi, ueteres ſatis abundeque dubitabant. Inſti. de emp. & uend.cum infinitis ſimilibus. Quinimo & noſtri etiam Iuriſconſulti pandectarij ueterum ſcita, & opiniones frequenter retulerunt:nimirum de illa media Iuris prudentia,& antiquitate ſentientes, de qua Iuſtinianus ipſe locutus ē l. ueteribus de pac.l. ueteres de actio.emp.l.antiqui,ſi pars hæredi.peta.l.Gallus §.ſi eius,ibi,ex iure antiquo,de lib.& poſth.l.ueteres de iti. actuq; priua.cum multis ſimil. ut iam luce clarius pateat omnino falli eos, qui ſub nomine antiquitatis, uel mediæ Iuris prudentiæ putant Digeſtorum iura cō tineri. ſed de his ſatis.

SEXTO, præfati Doc. communiter concludunt legata, & fideicommiſſa omni reſpectu fuiſſe inuicem adæquata,ut d.l.i.de lega.i.ſed adæquatio diuerſitatē

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ſubſtantiæ præſupponit: quia nullum ſimile eſt idem, uel ſimilitudo identitatem excludit l. ꝙ Nerua cum ibi not. depo. §. inter eas, Inſti. de nuptijs. & nulla in toto iure inuenitur tam præciſa, et abſoluta adæquatio, quæ rerum ſubſtantiam, & uoces confundat. §. nullam uero in Auc. de hæredi. ab inteſta. uenien. licet enim emãcipati ſuis, & cognati agnatis fuerint penitus adæquati, omni ſublata differentia, ut ibi dicitur: nominis tamẽ, et ſubſtãtiæ differentia ſalua remanſit. quia adhuc hodie emãcipatus nõ eſt ſuus, nec cognatus agnatus. ſic ẽt de legatis & fideicõmiſſis dicendũ eſt, ut clarius ex ſequentibus patebit.

VLTIMO, ſi legatorum & fideicommiſſorum eſſentia confuſa fuiſſet, & ambo ſynonima facta, ſequeretur, ꝙ de duplici re uel diſpoſitione diſtincta & ſeparata, unica tantum res uel diſpoſitio effecta eſſet. & ſic omne particulare relictum etiam ex uerbis & mente teſtatoris directò conceptum, & ſolum honorem ſine alicuius onere continens, legatum & fideicommiſſum promiſcuè, atque in differenter dici poſſet. ꝙ puto falſum, tum quia nihil alienæ fidei iniunctum fuit, & ſic ſubſtantia repugnat: tum etiam quia uoluntates morientium ſubuerterentur mutando modum, & effectũ diſpoſitionis euidenter expreſſæ, contra tex. in l. uerbis de uulga. ibi, ne fiat contra uoluntatem & l. iam hoc iure, eo ti. ibi, ſi uoluntas non refragetur, & l. ab omnibus in princi. de lega. i. ibi, cum et uerborũ ſignificatio non repugnet, et uoluntas teſtatoris congruat. & l. qui filiabus §. i. ibi, niſi euidens ſit

contraria uolũtas testatoris *eo.ti. & l.quoties.§. si duo,ibi,* si modo uoluntas patrisfamilias manifestissimè non refragetur *de hæredi.insti.et l.quid ergo,ibi,* nisi euidens uoluntas contraria patris probetur *de lega.i.& l.pen.C.de fideicommi. liberta. ibi,* neque hoc contrarium est sentẽtiæ testatoris: *cum infinitis similibus. Præterea ius nostrum C. Digestorum,& Institutionum multis inutilibus & super uacuis titulis ac legibus esset perperam oneratum, si talis confusio facta concederetur. frustra enim essent leges,& tituli omnes de legatis & fideicommissis separatim loquentes,& legata ac fideicommissa per copulam coniungentes: quæ substantiæ diuersitatem denotare solet, iuxta glo. ordi. in rub. de Iu. & fac. igno. quinimo, si talis confusio facta esset, una tantum species, scilicet utilior, ac fauorabilior retenta fuisset, & in eam solam omnis natura alterius speciei transfusa. ut de Pegasiano & Trebelliano senatusconsultis, similiter & de rei uxoriæ actione, & ex stipulatu factum legimus. in quibus substantia, & denominatio unius prorsus abolita est, & omnis eius natura, atque proprietas in alterum translata §. sed quia, Insti. de fideicom. hæred. §. fuerat Insti. de actio l. uni. C. de rei uxo. actio. Sic de legatis & fideicõmissis factũ uerisimiliter fuisset, ut transfusa omni natura unius in alterũ, alterius nomẽ et substãtia, ueluti sr̃pflua, pĳssent. lex. n. neq; sr̃pflua remedia tolerat, neq; inutiles dispositiones. l. hæc stipulatio §. diuus, ut legato. no. caue. l. iĳ. §. si quis ex liberis, ibi,* qđ bonũ est ei contra tab. dari, *de bo. poss. l. quibis idẽ de uerb. obliga. §. quibus in prima consti. C. l. sin autem*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

de lega.i.l. Meuius §.debitor de lega.ij.cum simil. Et sic contra communem opinionem concludendum arbitor, quod scilicet legata, & fideicommissa non sint facta synonima, neque substantia illorum confusa, neque substantiales sublatae differentiae Iure Digestorum adhuc militantes: sed uerbales, seu accidentales differentiae tantum, quibus uel mens ipsius disponentis, uel legis authoritas repugnabat: ut infra suo loco fusius ostendemus, ubi ultimum nostrum intellectum ad hanc legem referemus, respondendo omnibus & singulis, quae pro communi intellectu superius adducta fuere.

SECVNDVS igitur fuit intellectus Ricardi Malumbrae Doctoris antiqui, quod in legato contineatur etiam fideicommissum, & sit in electione legatarij, uel rem legatam directo uendicare ex legato, uel eandem condicere ex fideicommisso: ut refert Corne. in d.l.i.col.ij. supra eo. Pro qua opi. uidetur casus in l.testatrix, si serui. uendi. Iustinianus aut per hanc suam constitutionem induxit, ut non solum in legato contineatur fideicommissum, sed etiam in fideicommisso legatum, ad electionem ipsius honorati, ubi scilicet dispositio testatoris utroque iure ualere potest, & iure legati, & fideicommissi. Nam tali casu, siue testator duntaxat legauerit, siue duntaxat fideicommiserit, sub qualibet dispositione simpliciter facta, utraq; dispositio, & directa, & obliqua, ad electionem ipsius honorati continebitur. & consequenter, si directam legati uiam elegerit, rem uendicare poterit: si uiam obliquam, ex fideicommisso codicet. & ita hanc legem nonnulli intelligere maluerunt. pro

qua opinione uidetur omnino facere totus contextus. dictæ legis in singulis fere clausulis ponderatus. & primo ibi, quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum. Item ibi, & si specialiter legati tantummodo faciat testator mentionem, hoc et legatum, et fideicommissum esse intelligat. Item ibi, et si fidei hęredis uel legatarii aliquid committatur, hoc et legatũ esse uideatur. quæ uerba formaliter innuere uidentur, ꝙ simpliciter legãs, uel fideicommittens, utrunq; simul facere, & complecti intelligatur: nisi ubi dispositio utroq; mõ ualere nõ posset, propter naturã actus refragantem. quo casu in uim fideicõmissi tantũ sustineretur, ut colligitur ibi, et si quid tale est, quod non habet naturam legatorũ, hoc ei ex fideicõmissis acõmodetur. & ibi, ubi autem aliquid contrarium in legatis et fideicommissis eueniat, hoc fideicõmisso, quasi humaniori, aggregetur, et secũdũ eius dirimatur naturã. et pro hac opi. uidetur ẽt tex. in d.l.i. supra eo. ibi, quatenus eis liceat siue per quodcũq; genus legati, siue per fideicommissum res fuerint derelictæ, reali actione uendicare, et etiam personali, et hypothecaria. & sic apparet ex quocunq; relicto prædictas nasci actiones, non quidem simul & confuse, sed singulas actiones singulis causis referendo, ut supra declarauimus. Item, & clarius, ibi, si enim testator ideo legata uel fideicommissa dereliquit, ut omni modo personæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet &c. ex quibus uerbis innuitur testatorem, siue leget, siue fideicommittat, omnẽ mo

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

dum includere uoluisse: & ideo uel ex legato tantum, uel ex fideicommisso simpliciter facto, omnes prædictæ actiones competunt ad electionem honorati: ita tamẽ ut singulæ actiones singulis modis & causis, in ipsa dispositione contentis, congruè referantur. uidelicet pro modo directo realis, pro obliquo personalis. Cui opinioni omnino suffragari uidetur textus in d.l. testatrix, si serui. uendi. ubi legato simpliciter fundo, præsupponitur esse in potestate legatarij: uel iure legati illum uendicare, uel ex causa fideicommissi petere. Nec absurdum uideri debet, ꝙ una dispositio simpliciter facta, duplex esse intelligatur, & duplicem causam uel modum contineat, Iuxta tex. in d.l. Iã hoc iure de uulga. ubi testator in unum casum substituens, in utrunq; substituisse intelligitur. Accedit uulgaris regula, ꝙ simplex dispositio etiam casum mistũ comprehendit. l. si ita scriptum, de libe. & posthu. l. si ita facta, de Iniust. testa. l. qui filiabus §. i. de lega. i. Porro hic intellectus non incoloratus prima frõte uidetur, & per eum multæ difficultates cessarent: Verum permulta adeo refragantur, ut ei subscribere nequeam. Neq; enim recipi potest, ut testator simpliciter aliquid relinquens, & uno modo disponens, alium quoq; modum longè diuersum, & aliam dispositionem simul comprehenderit. ad quod in primis facit, quia pluralitas dispositionum nõ præsumitur l. Sempronius, & l. Meuius de lega. ij. ibi, nam incredibile uidetur. & l. penul. de Dot. prælega. & unius dispositionis unus est effectus. l. ꝙ Labeo, & ibi Bartol. de compensationibus.

SECVNDO facit, quod uoluit Bal. in l. ex tribus uersic. ego autem semper tenui C. de inoffi. testa. quod scilicet unica oratio, & unicus modus significandi uniformem tantum dispositionem inducit. nam unica & simplex oratio unicam tantum loquentis intentionem designat: quia unusquisq; id tantum uelle censetur, quod loquitur d. l. Labeo in fi. cũ uulga. Igitur modus uerbis non expressus consulto censetur omissus l. si cum dotẽ in princ. sol. matu. l. commodissime de libe. & posthu. cum simil.

TERTIO, ex modo procedendi colligitur intentio disponentis l. non codicillum C. de testamen. l. illud §. tractari de in. Codicill. igitur directo legans suam dispositionem directo modo ualere intendit, nõ per obliquũ: & sic iure legati, non fideicommissi, quando scilicet dispositio secundum modum expressum uel propriè significatum ualere potest l. uerbis ciuilibus. & l. centurio de uulgari, & pupill.

QVARTO, simplex dispositio unius modi propriè significatiua nunquã contrarium modum tacitè simul includit: quia duo contraria simul et semel admitti non possunt l. i. C. de fur. l. Titia de condi. & demõ. & ideo expressum nunquã tacitum sibi contrariũ producerẽ potest l. legata inutiliter, de adi. lega. l. Titia §. fi. de manu. testa. Sed modus directus & obliquus inter se manifestè repugnant d. l. uerbis. & d. l. centurio, de uulga. d. l. directis de manu. testa. Igitur neq; legatũ propriè, & in specie sumptum, tacitè fideicommissum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

simul includet : neq; fideicommissum simul legatum comprehendet.

QVINTO, pro solo legato, uel fideicommisso in sua spē simpliciter considerato multiplex actio competit ad electionem legatarij, uel fideicommissarij d.l.i. supra eo. ibi, quatenus eis liceat &c. & in hac l. ij. ibi, & ex omnibus in rem actiones &c. Et l. cū filius §. uarijs, de lega. ij. & in hoc consentit communis opi. ut habetur in l.i. de lega.i. & per Imol. in l. unū §. sed si quidem in glo. fore de lega.ij. non autem competit pluralitas remediorum discreta, & singulis causis separatim accōmodata, scilicet pro legato realis, pro fideicommisso personalis. quoniam hoc modo non competeret honorato actionū electio, ut iura omnia præsupponunt, sed dispositionum: quod nullo iure cauetur. d.§. uarijs de lega.ij. & l. quod in hærede §. eligere de tributo. l. huiusmodi § fi. & l. si seruus legatus §. cum homo, de lega.i.

SEXTO, iure Digestorum declaratur appellatione legati etiam fideicommissum, & donationem causa mortis contineri. l. & fideicommissum de lega.iij. hoc autem intelligi non potest per modum specificæ & simultaneæ comprehensionis, ita ut sub legato in specie sumpto, etiam fideicommissum, ultra ipsum legatum cō tineatur. nam eadem ratione etiam donatio causa mortis includeretur : & sic unica & simplex oratio legantis triplicem dispositionem simul contineret ad electionem honorati, scilicet legati, & fideicommissi, & do-

nationis,

nationis, quod nullus admittit. Quare necessario fatendum est fideicommissũ, & donationem in legato cõprehendi, quemadmodum omnes species sub suo genere continentur. Verbum enim lego, & legati uox generaliter accipiuntur pro omni relicto particulari ultimæ uoluntatis l. uxorem §. legauerat de lega. iij. l. equis de usu. l. si ita relictum & l. fin. §. Seio de lega. ij. l. generali §. uxori. & l. uxori maritus de usuf. lega. l. Meuia, de ãnu. lega. l. Titia testamento, de au. & argen. lega. d. l. testatrix, si serui. uendice. Cũ infi. simil. Igitur simplex dispositio legantis in unam tantum relicti speciẽ usq; ab initio resoluitur, uel legati, uel fideicommissi, prout mens disponentis, uel natura actus suadere uidetur: nõ autem utranq; speciem simul & semel complectitur citra mentis, & actus necessitatem.

SEPTIMO, substantia ultimæ uoluntatis in suspenso stare non potest, neq; ab alieno arbitrio dependere: sed usq; ab initio per se certa firmaq; esse debet l. si. commu. prædio l. illa Institutio de hæredi. Insti. Sed iuxta prædictum intellectum substantialis suspensio cõtingeret. Esset enim in facultate & arbitrio honorati facere, q unica & simplex dispositio testatoris uerbis directis, seu in figura legati concepta, ex post facto, & sic testatore iam defuncto, legatum fieret: uel si mallet, fideicommissum diceretur substantiam dispõnis, quæ ab initio certa esse debuit, ad libitum immutando. Nec obstat, si dicatur, q tal s diuersitas, seu uariatio iam ab initio per ipsum testatorem inducta uidetur: qui legando uerbis directis & in figura legati, utrunq; modum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

& effectum ad electionem honorati comprehendisse cẽ setur. argumẽto d. l. iam hoc iure, de uulga. quoniã ad hoc respondeo prædicta admitti posse, quando ex uerbis constaret testatorem utrunq; modum & effectũ cogitasse. ut in l. si quis seruo de manu. testa. & l. recusare §. Titius ad Trebell. secus quando testator uerba unius modi significatiua duntaxat assumpsit; quia tũc de illo tantum effectu & modo sensisse uidetur, quem proprietas uerborum selecta demonstrat. alioqui absurdum foret unum uelle, & aliud loqui, & obliquum effectum uerbis directis explicare d. l. Labeo in fi. de supellec. lega. l. cũ unus §. uerbis fideicommissi de alimen. lega. d. l. directis C. de manu. testa. d. l. centurio, ibi, directò substituit de uulga. l. cohæredi §. cũ filiæ, ibi, uerbis precariis. & d. l. uerbis ciuilibus, ubi communiter scribentes, eo. ti. igitur tale fideicommissum, neque ex mente, neq; ex uerbis colligitur: & ideo non continetur l. Gallus §. i. ibi, ut eo casu ualeat, qui ex uerbis concipi possit de lib. & posthu. si. n. testator utrunq; modum complecti uoluisset, uerisimiliter uerba utriq; modo, & effectui conuenientia delegisset l. uni. §. sin autem ad deficientis C. de Cad. toll. l. libertates, de fideicõ. liberta. d. l. Labeo in fi. de supellec. lega. c. ad audientiã de deci. nam, qui id, quod uult, non suo uocabulo exprimit, nihil exprimit l. iiij. de lega. i. l. si alĳ de usuf. lega. l. in ambiguo, de reb. dub. d. l. Labeo. nisi forte in eam sententiam accedamus, uerba directa fideicommissum, & obliqua legatum propriè significare. quodq; idem sit directò legare, uel per obliquum relinquere. quod nõ admittunt, etiam qui prædictum intellectum sequuntur.

quia omnis substantia confusa, omnisq; essentialis differentia prorsus sublata diceretur. ad l. iam hoc iure, infra suo loco respondebitur.

OCTAVO, electio succedendi, uel aliquid consequendi directò, uel per obliquum nunquã à testatore data censetur per modum duplicis dispositionis, nisi uterq; modus & dispositio specialiter exprimatur d. l. si quis seruo, de manu. testa. d. l. recusare §. Titius ad Trebell. ubi seruo & substituto competit electio directũ uel obliquum honorem consequendi, si hoc ab ipso testatore expressum fuerit; & non aliter. quia alias sequeretur illa suspensio substantiæ ultimæ uoluntatis ab alieno arbitrio & potestate dependens d. l. fi. Commu. prædio. d. l. illa Institutio de hæredi. insti. &, ne suffragia mendicemus, pro hac nostra declaratione est tex. formalis in l. fin. C. de codicill. ibi, nec traducere liceat ad fideicommissi interpretationem uelut ex codicillis ultimam uoluntatem, nisi id ille complexus sit, ut uim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere.

NONO, testator directè legando, rei legatæ dominium recta uia in legatarium trãsferre intendit, ita ut hæredi nullatenus applicetur l. legatum est delibatio, de lega. i. l. legatum ita, in fi. de lega. ij. l. à Titio de furt. & hæc uoluntas ex ipsis uerbis expressè colligitur d. l. Labeo in fi. & d. l. directis. & l. quærebatur, uersic. sed in proposito, de mili. testa. d. l. centurio, de uulga. & d. l. uerbis, co. ti. Igitur non debet legatarius contra mentem &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

uerba disponentis legatum agnoscere, ius directum aspernando, & dominium in hæredem trasferendo, cõtra tex. in d. l. uerbis, ibi, ne fiat contra uoluntatem. & d. l. quærebatur, de mili. testa.

DECIMO, si testator uerbis obliquis disponat, & ea dispositio iure obliquo, ut uerba sonant, ualere potest: quorsum attinet talia uerba obliqua citra mentem disponentis, uel actus necessitatem, ad directũ sensum extendi? Nam hoc in solis militibus singulari iure receptum est, ut uerba obliqua dirigantur, quando dispositio aliter ualere non potest, & libertatis relictum periclitatur. l. Antoninus, de fideicom. liberta. ergo in cæteris ius commune seruabitur, ut scilicet obliqua uerba non dirigantur. d. l. uerbis de uulga. nisi, ut dictum est, uel mens, uel necessitas in legatis, & fideicommissis aliter suadeat, per hunc tex.

VNDECIMO, si testator aliquid simpliciter legans, uel fideicommittens, utrunq; simul facere intelligatur, nunquã locum haberet illa regula, quod à legatario uel ab intestato legari non potest. quæ tamen adhuc hodie omni iure procedit §. præterea Inst. de fideicom. hæredi. & Inst. de singu. reb. per fideicom. relic. in princ. Nam semper & omni iure honoratus per uiã legati, et fideicommissarius, ex natura & proprietate dispositionis diceretur. quia testator simpliciter legando, etiam fideicommittere, & simpliciter fideicommittendo, etiam legare propriè diceretur. & consequenter semper uerũ esset à legatario legari posse, & etiam ab intestato, ra=

tione fideicommissi propriè et naturaliter contenti. Nec obstat, si dicatur, q prædicta regula intelligi debet respe ctu legati, ut adhuc hodie à legatario, & ab intestato, legari non possit, ita ut dispositio iure legati directò ua leat: quia respondeo, q talis interpretatio seruit de uen to. nam quomodocunq; prædicta regula exponatur, semper resultabit à legatario legari posse, attento, q te= stator specialiter legando, etiam fideicommittere intelli= gitur. Et, si dicatur, aduerte, quia prædicta consideratio, quod dispositio simpliciter facta utrunq; modum simul cõplectatur, sane intelligi debet; quando scilicet uterq; modus locum habere potest ex natura actus. ueluti quã do testator ab hærede legat, à quo & legare & fideicõ= mittere potest: secus quando à legatario, uel ab intesta= to relinquit. quia tunc locum non habet duplicitas di= spositionis, sed antiqua regula procedit. Ad hæc respon deo, quòd huiuscemodi declaratio præter id, quod hanc legem Iustiniani, & dictam regulam sine iure & ratio ne restringit, ipsi etiam constitutioni manifestè contra= dicit. quæ expressè loquitur, q & ab hærede, & à lega tario, quouis modo relictum, etiam legatum intelliga= tur. quæ uerba nullo modo possunt euitari. Nec placet quorundam expositio, quòd illa dictio legatum ad hæredem referatur, ut sit sensus, q quicquid à legata= rio etiam per fideicommissum relinquitur, hoc intelligi possit ab ipso hærede legatum: quia uerba tex. repu= gnant huic sensui. nam de hærede & legatario nomi= natim loquitur, & idem omni respectu de utroq; dispo nit. alioqui non esset uniformis determinatio secundũ intentionem constituentis. Præterea dum tex. dicit fidei

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

legatarij commissum legatum censeri, de legato in specie & directò intelligi debet, ut omnes fatentur: alioqui si illa dictio legatum iterum pro fideicommisso caperetur, esset inepta uerborum inculcatio sine effectu contra intentionem Iustiniani, & contra rationem immediatè sequentem: quòd mens spectetur, non uerborum qualitas, & rebus, non uerbis lex imposita censeatur. Accedit, quia uerba ad factum relata in specie, non in genere intelligi debent. l. si in rem in princ. de rei uendi. sed relictum à legatario ad hæredem referri nō potest, nisi ut fideicommissum, non etiam ut legatum l. Celsus de lega. ij. l. si ab eo de usuf. lega. l. uni. §. pro secūdo C. de cad. toll. l. Titia, ubi Bartol. de annu. lega. Bartol. in l. fideicommissum de lega. i. cum simil. Vnde prædicta expositio nullo modo procedere potest.

DVODECIMO, & ultimo, ꝙ prædictus intellectus non sit de mente iuris, euidenter ostenditur. si enim testator uerbis obliquis aliquid ab hærede relinquat, illud fideicommissum expressum dicetur: suis enim uerbis inductum fuit. d. §. fin. inst. de singul. reb. d. l. Sempronius de usuf. lega. d. l. uerbis ad l. Falcid. d. l. cohæredi §. cū filiæ, de uulga. quòd si legatum quoq; directum comprehendi fateamur ad electionem honorati, illud omnino tacitè, & præter uerborum significationē subintelligi necesse est. uerba etenim precaria seu obliqua suum effectum peregerunt in fideicommisso inducendo: pro legato autem nulla uerba supersunt, sed tacita quædam interpretatio, uel extensio de casu ad casum citra ullam uoluntatis coniecturam, uel actus necessi-

tatem. & tamen adhuc directa legata tacite induci nõ posse, sed uerborum expressionem desiderare omnes plane fatentur post Bartol. in d. l. i. & l. iiij. de lega. i. l. seruum §. fi. eo. ti. & dictum est supra in princ. huius repetitionis in quarta legatorum & fideicommissorum differentia. Pluribus alijs prædicta opinio conuelli posset, nisi tædium prolixitas afferret.

NON obstant modo ea, quæ pro supradicto intellectu superius adducta fuerunt. & primo tex. hic Iustiniani, qui expresse uelle uidetur, q legans uel fideicommittens & legatum & fideicommissum simul facere intelligatur. quia respondeo (& hic erit uerus intellectus) q omnia uerba huius legis de legatis & fideicommissis loquentia, non ad simultaneum effectum, neq; ad geminam dispositionem referuntur, ut ex præcedentibus abunde colligitur, sed loquuntur de potentia unius dispositionis uerbalis in uim & naturam alterius ex mẽte, uel necessitate transeuntis. ut sit sensus, q si quid in figura legati, seu directis uerbis relictum fuerit, illud uel legatum uel fideicommissum intelligi possit, prout melius & menti disponentis, & legũ authoritati conuenire uidebitur. Similiter si uerbis precarijs, & sic in figura fideicommissi, aliquid relinquatur, illud iuxta mentem disponentis non considerata uerborum qualitate, uel fideicommissum, uel legatum intelligatur, ut una testatoris oratio usq; ab initio unicam dispositionẽ & unicum effectum inspecta mente contineat, secundum Bal. in d. l. ex tribus C. de inoffi. testa. Plane una fuit Iustiniani intentio morientibus prouidere, ne corũ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

uoluntates supremaq́; iudicia propter uerborum figuram, seu qualitatem deperirent. quandoquidem antiqui nimium uerbis inhærentes multas defunctorum uoluntates & dispositiones subuertebant. ad quod Iustinianus passim & ubiq; prospicere uoluit, ut nõ uerbis, sed rebus ipsis leges impositæ uiderentur. ut hic in fi. legis dicitur. & ne propter nimiam subtilitatem latitudo uoluntatis impediatur. l. uni. in fi. C. ut actio. ab hæredi, & con. hæ. & secundum hanc intelligentiam cessat omnis difficultas, & omnes rationes legum bene conueniunt, & substantia dispositionum nõ confunditur, et uoluntas disponentium melius ac plenius custoditur: ut clarius infra patebit, ubi singula huius constitutionis uerba diligenter explicabimus.

NEC obstat, si dicatur, q hæc lex loquitur per uerba actum significantia, non potestatem. dum dicit; quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, & si legati tantum mentionem faciat, hoc et legatum, et fideicõmissum intelligatur. non autem intelligi possit, ut nos interpretamur. quia responde, q uerba legis actum significantia, pleruncq; ad potentiam referuntur, ut est tex. notabilis in l. Labeo de statu lib. ubi uerbum uidebitur exponitur pro uideri poterit, & uerbum nocet pro nocere potest. & in l. si pater mulieris cum glo. in uerbo seruiat, idest seruire possit. de Iu. doti. & in l. 1. §. & post operis cum glo. in uerbo committunt, idest committere possunt, de ope. no. nuntiatio. sic in tota hac lege, uerbum intelligatur ad potentiam refertur, hoc est intelligi possit. scili-

cet si mens disponentis, uel actus necessitas suadeat. Talis est enim natura uerbi actualiter in lege prolati, ut ratione subiectæ materiæ, & congrui intellectus, in potentiã resoluatur, iuribus prædictis. facit et tex. in l. sed et si §. nepotes de hæ. Inst. ibi redigant. i. redigi possint.

SECVNDO, non obstat tex. in l. testatrix si ser ui. uendi. quoniam uera declaratio ad illum tex. est, q Iurisconsultus ibi casum fundi legati in nube, seu in genere proposuit. non expresso modo legandi, utrum ne directò an per fideicommissum: sed principaliter quærens quomodo hæredi consuli possit circa seruitutẽ passiuam dicti fundi. & ad hoc distinguendo respondit inter fundum iam traditum legatario, & nondum præstitum: ut primo casu hæredi consulatur per conditionẽ seruitutis. secundo casu per exceptionem, & hoc siue legatarius iam fundũ uendicauerit, tãquã sibi legatũ, siue sibi dari desideret, tamquam ex fideicommisso relictum. Nam circa modum disponendi nulla est ibi dubitatio: sed modus habilis præsupponitur. si quidem directò uendicetur, legatum fuisse præsupponimus: si ex fideicommisso petatur, usq; ab initio solum fideicommissum relictum intelligemus, ut petitio honorati causæ, uel titulo correspondeat. quæ quidem causa ab effectu perpenditur. l. non codicillum C. de testamen. & sic tex. ille non probat, quòd sub simplici legato, uel fideicommisso uterq; modus electiuè cõtineatur: præsertim quia secundum eos, hoc à Iustiniano per hanc suam constitutionem de nouo inductum fuit, ne alioqui de uento, ut Comen. dicebat in l. 1. nobis seruiuisse uideatur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

TERTIO, non obstat, quòd pro legato competit rei uendicatio, & etiam actio personalis ex testamento. d. §. uarijs de lega. ij. & d. l. i. supra eo. quæ actio non cõuenit legatario, ut domino, sed ut fideicommissario rei dominium condicenti. §. sic itaq; discretis Inst. de actio. & quia speciale est in fure: ut domino rei subtractæ detur conditio propter delictum. §. planè Inst. de actio. l. fi. usufruc. quemad. caue. Quoniam ad hæc respondeo, ꝙ in hac materia ultimæ uoluntatis, quæ paratam habet executionem secundum Bal. in d. l. i. de lega. i. §. disponat, Auc. de nup. actio personalis, seu condicito ex testamento competentes pro legato, directò tendit ad possessionem rei quærẽdam, ut hæres tradere teneatur, iuxta definitionem Iustiniani §. i. Inst. de lega. non ut dominium acquiratur d. §. sic itaq; discretis. Inst. de actio. & ita communiter transeunt Doc. in d. l. i. de lega. i. post glo. in §. nostra autem in l. fi. glo. magnæ Inst. eo. ꝑ tex. in l. ij. de condic. triti. & quia dominium ex ultima uoluntate cõpetit iure speciali, & aliquanto debilius reputatur, quàm competens de iure communi, argumen. tex. in l. eius §. militia, de militi. testamen. nil mirum, si concursus etiam personalis actionis admittitur, ut l. in rebus C. de Iu. doti. ita Doc. in d. l. i. supra eo ubi Corne. attestatur esse communem. sed de hac re infra suo loco latius differemus, ubi de actionibus legatorum tractabimus: nunc pro solutione sufficiat communis opinio.

QVARTO non obstat tex. in l. i. supra eo. ubi testator aliquit relinquens censetur uelle, ꝙ honoratu

id omni mō pcipiat. quia respondetur quòd dictio illa. omnimodo est unica dictio, & exponitur pro omnino, & efficaciter. l. omnimodo C. de inoffi. testa. l. fi. C. de condi. insert. ut sit sensus, ꝙ ideo pro omni genere legatorum Imperator tres actiones dedit, quia testator omnino & in effectu uoluit res quouis modo legatas ad ipsos legatarios peruenire. quæ quidem uolūtas competentibus remedijs omnino ad effectum perducetur. actiones enim sunt media, quibus ad contractuū, uel dispositionum executionē peruenitur. l. ij. §. deinde ex his legibus, de origi. iu. §. i. Inst. de actio. & pro hac declaratione, quòd propter qualitatem uerborum uoluntas testatoris in effectu subuerti non debeat, sed modis omnibus conseruari, est similis tex. in l. Cū quis decedens. §. Seiam, ibi quæsitum est, cùm uoluntas testatoris hæc fuerit, ut omnino portio hæreditatis ad pupillum perueniat de lega. iij. & in l. neque enim. §. fi. de milti. testamen. ibi, quia utraque ad eum peruenire testatorem uoluisse negari non potest.

QVINTO, non obstat, ꝙ licet pro legatis, uel fideicommissis triplex actio data fuerit, ut hic, & d. l. i. tamen singula remedia singulis causis sunt referenda: ut realis pro legato, personalis pro fideicommisso, data intelligatur. argumen. tex. in l. singulis de excep. rei iudi. ubi singulis causis singulæ actiones sufficiunt. Quia ad hoc respōdeo iura esse manifesta pro solo legato triplicē actionem competere, ut hic, & d. l. i. & d. §. uarijs & d. §. nostra, ubi glo. magna in fi. Inst. eo. præsertim quia

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

negari non poteſt, quin detur hypothecaria, etiam pro legato directo, in alijs rebus teſtatoris, præterquam in ipſa re legata, quia rei ſuæ pignus non conſiſtit l. neq; pignus de regu. iu. d. l. i. in fi. ſupra eo. ſed hypothecaria datur, ubi etiam competit perſonalis ſecun. communiter Doc. in d. l. i. igitur neceſſariò fatendum eſt etiã pro directo legato competere perſonalem. Ad l. ſingulis, reſpondetur, ꝙ loquitur in diuerſis terminis, ſcilicet reſpectu exercitij iudiciarij, non reſpectu concurſus originalis. nam licet ad unum finem plura remedia competãt, unum tamen eligi debet, & in exercitium deduci: ne liceat reum in eodem iuditio pro eadem cauſa pluribus telis impetere. l. nemo ex his. §. i. de regul. iu. l. plura §. i. de actio. & obliga. d. §. uarijs. & l. quòd in hærede §. eligere de tributo. & hoc pacto ſingulis cauſis ſingulæ actiones ſufficere debent. d. l. ſingulis.

SEXTO, non obſtat tex. in l. iam hoc iure de uulga. ubi unica & ſimplex oratio teſtatoris duplicem continet diſpoſitionem. quia reſpondeo, quòd illud ibi ſpecialiter à lege inducitur fauore pupilli, cui nihil imputari poteſt, cũ tota eius prouiſio à paterno facto depẽdeat. l. moribus eo. ti. & ideo lex per quandam fictionem ex uulgari expreſſa tacitam pupillarem inducit, quæ omnino uim expreſſæ non habet ſecundum cõmuniter Doc. in l. precibus per illum tex. C. de impube. & alijs ſub. quæ fictio, uel extenſio in legatis locum non habet: cũ non æquè fauendum ſit teſtatori alterum caſum conſultò omittenti, quem ſuis uerbis exprimere potuit. d. §. ſin autem ad deficientis C. de cad. tolld. §. illud C. de co-

dicill. d. l. si cum dotem sol. mat. d. l. commodissime, de lib. & posthu. & d. l. fi. §. illud C. de codicill. præterea, ut dictum est, legata tacite, uel ficte induci non possunt, sed expressione uerborum desiderant d. l. Labeo de suppelec. lega. de l. iiij. de lega. i. Bartol. & Doc. communiter in d. l. i. eo. ti. præterea in d. l. iam hoc iure, duplex dispositio subintelligitur, non electiue, sed ad duplicem effectum: quia de duplici hæreditate tractatur. l. patris de uulga. §. Igitur Inst. de pupill. quæ ratio cessat in legatis, cum unus tantum modus, & unica prouisio sufficiat ad effectum; nisi testator utrunq; modum expresse concedat ad arbitrium honorati d. l. si quis seruo, de manu. testa. & d. §. illud, de codicill. & sic ille tex. nihil facit ad materiam legatorum.

VLTIMO, non obstat, quod sub simplici dispositione etiam casus mistus comprehenditur; quia respondeo, quod aliud est unicam orationem in duplicem dispositionem resolui, ut in casu nostro: aliud quod dispositio facta de simplicibus etiam casum mistũ comprehendat. quia primo casu extensio fieret præter mentem & significationem uerborum, quod non admittitur. d. l. uerbis de uulga. Secundo casu extensio ex uerbis & mente colligitur. d. l. si ita scriptum, ubi Bartol. de lib. & posthu.

HIS itaq; sic discussis & examinatis, tandem superest, ut intellectum nostrum ad hanc legem proferamus. Et imprimis unum pro constanti præsuppono, quod Intentio Iustiniani non fuit substantiam legato-

rum & fideicommissorum cōfundere, & (ut quidam putarunt) re & nomine synomima facere, omnes leges & titulos tam Digestorum, quàm Codicis, & Institutionum de legatis & fideicommissis separatim ac diuersimodè tractantes corrigendo, ut supra docuimus. Sed eius intentio fuit solas differentias accidentales tollere, quæ nimirum ex uerborum figura & qualitate manabant. quandoquidem (ut iam superius aliquid attigimus) Antiquiores Iuris prudentes, qui leges publicas ex opinionibus interpretabantur, uerborum proprietati, & conceptis loquendi formulis strictius ac tenacius inhærentes, multas morientium dispositiones minus congruè explicatas, facilè reijciebant, ac subuertebant. ad quod Iustinianus ultimarum uoluntatum uestigator & protector solertissimus l. consulta in fi. & l. seq. in fi. C. de testa. l. pen. in princ. C. de nece. ser. l. cum quæstio. C. de lega. animum semper intendit, & omnem curam adhibuit, ne propter huiusmodi uerborum proprietates & differentias, uoluntates morientium interciderent. Et ideo hac sola ratione ductus, multas ueterum opiniones & subtilitates, uel sustulit, uel emendauit, ut in l. i. supra eo. Et in d. §. nostra, Inst. eo. ubi illas quatuor loquendi differentias in legatis sustulit. & l. in testamentis ibi, formalia uerba. C. de testam. & in l. si quis hæredem in fi. C. de Insti. & substi. ibi, ne dum nimia utimur circa sensus subtilitate, iuditia testantium defraudentur. & in l. iij. C. de lib. præterit. ibi, uerborum interpretatio nusquam tantum ualeat, ut melior sensu existat. & l. fin. C. de posthu. hæredi. In-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ſti. ibi, frequentiſsimas leges poſuimus, teſta-
torum uoluntates contra uerborum iurgia ad
iuuantes, cum infinitis ſimil. huius quoq; intentionis
fuit diuus Conſtantinus in uerborum ſolennitatibus re
mittendis, ne diſpoſitiones propter uerba uitiari contin
geret. ut in l. fi. ibi, ut uerborum inanium exclu
dimus captiones. C. qui admi. et in l. quoniam in-
dignum. C. de teſtamen. & in l. in legatis. C. de lega.
Chriſtiani ambo Imperatores inter ſimplicem loquelam
et ſolemnem nihil diſcriminis conſtituentes. Et quòd hæc
fuerit intentio Iuſtiniani per hanc legem uerbales tan-
tum differentias tollere, ex uniuerſa totius conſtitutio
nis ſerie facilè colligi poteſt. Et primùm ex ipſo initio
ibi, Omne uerbum ſignificans legitimum ſen-
ſum teſtatoris, ſiue directum, ſiue precarium,
ualidum ſit. Item ibi, partibus huiuſmodi uer-
bum huc, atque illuc lacerantibus. Item ibi, ſit
igitur ex omni parte uerborum non inefficax
uoluntas. Item ibi: & ſi teſtator legati tantum
mentionem fecerit, hoc & legatũ, & fideicom
miſſum intelligatur. Item ibi, nos enim non uer
bis, ſed rebus ipſis leges imponimus. quæ ratio
omnia præcedentia explicat, et concludit. l. cùm pater.
§. dulciſſimis. de lega. ij. Erit igitur ſcopus et ſenſus
huius conſtitutionis, quòd omne relictum à teſtatore,
ſiue in figura legati, & ſic uerbis directis, ſiue in figu-
ra fideicommiſſi, et ſic uerbis precarijs, non ex ipſa uer
borum qualitate, ſed ex mente & poteſtate diſponen-
tis iudicetur. Finge enim teſtatorem ſic diſpoſuiſſe, fun
dum Tuſculanum Titij eſſe iubeo: uel à Titio uendi-

cari uolo, licet talia uerba directa sint, & legatum proprie significent, cuius natura est dominium ipso iure transferre. d. l. legatum ita, de lega. ij. & l. a Titio de furt. l. Sempronius de usuf. lega. tamen si ex alijs inditijs & coniecturis constare posset mentem testatoris fuisse, ut dictus fundus non directo, sed per obliquum & mediante restitutione transiret, utiq; tale relictum non legatum, sed fideicommissum inspecta mente diceretur. Quid, si testator aliquid alienum directo reliquerit, uel a legatario, uel ab intestato? quibus casibus dispositio in uim directi legati ualere non potest? Porro Antiqui in prædictis articulis uerborum cortici inhærentes, contra mentem iudicassent, uel ipsum actum penitus annullassent. Nunc autem ex authoritate Iustiniani prædictæ dispositiones non inspecta uerborum qualitate, sed ex mente & potestate disponentis sustinebuntur. Et consequenter talia legata uerbalia & superficialia naturam fideicommissi accipient, & fideicommissa esse intelligentur. Idem quoque in fideicommissis uerbalibus dicendum est. Nam si testator aliquid cuipiã relinquendo uerbis precarijs usus fuerit, ueluti rogo, mando, fideicommitto; & tamen aliunde constaret de mente ipsius uolentis tale relictum ad ipsum honoratum directo pertinere: proculdubio talis dispositio legati naturam assumeret, et legatum proprie diceretur secundum mentem disponentis, quod qualiter intelligi debeat, in calce huius legis planius ostendemus. Et hic sensus clarus est, & nullam patitur difficultatem. Verba enim ad hoc inuenta sunt, ut menti deseruiant, non ut illi dominentur. c. intelligentiam

ligentiam

ligentiam de uerbo. significa. & ideo, ubi sensus haberi potest, de uerbis non curatur. d. l. quoniam indignum. & d. l. iij. C. de lib. præterit. l. promittendo de Iu. doti. l. non aliter de lega. iij. cum uulga. & ratio prædictorum in promptu est, quoniam, & si congruis sermonibus ac uerbis accommodatis animũ quisque suum explicare debeat, d. l. Labeo in fi. et l. libertates de fideicom. liberta et. l. si alij de usuf. lega. Sæpe tamen testatores, uel simplicitate et imperitia ducti, uel morbi dolore affecti, uel mortis cogitatione turbati, uerborum proprietatem non sequuntur: sed prout uoces et nomina succurrũt mentem quouis modo suam declarant. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testa. face. poss. d. l. quoniam indignum. C. de testamen. bonus tex. in l. non aliter. §. i. de lega. iij. ibi, non enim in causa testatorum ad uerborum definitionem utique descendendum est, cum plerunque abusiuè loquantur, nec propriis nominibus, ac uocabulis semper utantur. et in l. cum delanionis. §. asinam in fi. de fund. instruc. lega. ibi, Optimum esse Pedius ait, non propriam uerborum significationem scrutari, sed imprimis quid testator demonstrare uoluerit. et in l. codicillis. §. fin. de lega. ij. ibi, Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo Iurisperito rationem animi mei potius secutus, quàm miseram & nimiam diligentiam: & si minus aliquid legitimè, minus ue peritè fecero, pro uerè legitimo haberi debet hominis sani uoluntas. Et ideo Bal. in consil. cxxix. Domina

Francisca. uol. i. notabiliter dicit, quòd imperitia testantis, qui nescit, quid sit uulgaris, aut pupillaris substitutio, non debet officere ueræ, et reali ipsius intentioni. et Iudex ex potestate sibi à lege concessa debet ultimam uoluntatem interpretari, ut ualeat, et non pereat. l. uoluntatis. C. de fideicom. l. fin. de manu. testa. et Crudelis est interpretatio, et à iuris ac ueritatis dispositione penitus aliena, quæ fit ad subuertenda iuditia defunctorum. Vnde, et si fideicommissi uerba deficiunt, tamen eum sermonem pro fideicommisso accipere debemus. l. unum. § fi. de lega. ij. hæc Bal. pro quo etiam faciunt. tex. in d. l. quoniam. Et d. l. consulta in fi. cum l. seq. et l. Cum antiquitas, uersic. sic enim et naturæ medemur. et l. fi. C. de testa. et l. si quis hæredem. C. de insti. et substi. Et l. pen. in princ. uersic. quia semper uestigia uoluntatis sequimur testatorum. C. de nece. ser. hære. Insti. et l. uni. in fi. C. ut actio ab hæredi. cum infinitis similibus. Sit igitur conclusio nostra, quòd hæc Iustiniani constitutio in casibus tantum necessarijs procedat, in quibus uerborum figura uel menti uel potestati disponentis quouis modo repugnare uidetur. Et si quispiam obijceret, nonne tales uerborum differētiæ iure Digestorum iam sublatæ erant: cùm appareat Iurisconsultos ferè ubique uerbis legatorum et fideicommissorum indifferenter usos fuisse? l. fi. §. Seio et l. si ita relictum de lega. ij. l. codicillis eo. ti. l. Lutius. §. Semproniæ de lega. iij. l. Sempronius de usuf. lega. l. post emancipationem. §. fi. eo. ti. l. Imperatores de manu. testa. l. liberto. §. pater de annu. lega. in quibus iuribus fidei commissa uer

bis imperatiuis designantur, et contra. Respondeo (et hoc diligenter adnotari conuenit) Iustinianum ex mente Iurisconsultorum posteriorum, quos ipse in suis Digestis retulit et approbauit, plerunque antiquiores illos prudentes emendasse, et authoritate sua Imperiali illorum sententias et opiniones abrogasse: ne aliquando posteriorum sententijs præiudicium facerent. non enim sufficiebat Papinianum, Vlpianum, Paulum, et Modestinum ueteribus contradixisse, nisi Iustiniani authoritas illorum opiniones approbasset, & antiquioribus prætulisset. quo fit, ut sæpe dicat Iustinianus se contra ueteres aliquid statuisse, quod tamen iam à recentioribus Iurisperitis fuerat animaduersum atq; emendatum. et hoc Iustinianus ipse declarauit, dum leges Digestorum suas appellat propter approbationem. l. ij. §. omnia. C. de uete. iu. enuclean. Omnia (inquit) nostra facimus, quibus authoritatem nostram impertimur. et ideo iura Digestorum Iustiniani esse proculdubio intelliguntur, ut et supra latè ostendimus in quinto fundamento contra communem intellectum. et prædictis benè congruit opinio Bartoli in l. i. in i. oppo. de lega. i. dicentis Iustinianum hac sua constitutione nihil ultra ius Digestorum inuenisse, sed quod ibi sparsim uarijs Iurisconsultorum legibus traditum erat, multo clarius & explicatius in regulam redegisse: tantum abest, ut Iustinianus Digestorum iura correxerit, quod tamen plerique temere existimarunt. Et ideo peius sensit idem Bartol. in l. uni. §. pro secundo in iij. oppo. C. de Cadu. tollen. dum malè reprehendit glo. ibi uolentem iura Codicis & Digestorum si=

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

mul conuenire, & ibidem Bartol. grauiter lapsus rem ridiculam dixit, quod iura Digestorum per legem Papiam (quæ ante Augustum fuit) correcta essent, & postea rursum per Iustinianum confirmata. Vide quantas tenebras pariat antiquitatum & temporum ignorantia, quæ uiros etiam grauissimos, & præsertim Doctores nostros, alioqui legum peritissimos, in pudendos errores trahit. quos aliquando (si Deus annuerit) in lucem ad communem iuuenum utilitatem proferemus. sed de his satis.

NVNC autem, ut plane liqueat hunc nostrũ intellectum uerbales tantum differentias excludentem, & uerbis & menti ipsius Iustiniani congruere, singulas ipsius cõstitutionis clausulas diligẽtius expendamus.

ET primo, ex his uerbis, Omne uerbum significans testatoris legitimum sensum legare, seu fideicommittere uolentis utile, atque ualidum est. adnotamus uerba testatorum apta & congrua eẽ debere ad significandam mentem legitimam disponentis, ut dispositio effectum consequatur. unde excluditur omne uerbum prorsus extraneum & ineptum, per quod ultimæ uoluntatis relictum non significatur, ueluti, si testator diceret, uendo, uel loco, uel hypotheco talẽ fundũ Titio. quæ uerba actibus uiuentiũ conueniũt, nõ ultimis uolũtatibus. & ideo per ea, neq; legatũ, neq; fideicõmissum induci potest, neq; adsensum testatoris explicandũ ualida uel utilia censentur et licet et in testamẽtis cõtractus fieri possint, secundum glo. ordi. & cõiter

approbatam in l. hæredes palam §. fi. in fi. de testamen. per tex. in l. assignare de assignan. libert. attamen in disponendo per uiam ultimæ uoluntatis uerba apta & idonea requiruntur. argumento tex. in l. libertates de fideicom. libertati. nam quælibet iuris materia suas habet uoces & terminos separatos, quibus humani affectus & intentiones commode explicantur: & qui propterea confundi aut mutari non debet, ut in d. l. Labeo iunc. glo. in uerbo ex communi de supellec. lega. & in l. iiij. (ubi Deo dante dicemus) de lega. i. Sic & uerbum relinquo, licet commune, ad ultimas tantum uoluntates pertinet. l. i. §. fi. de tab. exhiben. l. i. & l. iubemus la. ij. iunc. glo. fi. C. de sacro. eccle. Bartol. in l. illa institutio de hæredi. insti. facit, quod notabiliter tradit Imol. post glo. in l. ab instituto. §. cum imperfecta, de lega. ij. quod uerba disponentis grosso, & inepto modo prolata non uitiant dispositionem, sed tolerantur: nisi sint omnino extranea, quæ nullo mo possint ad eius sensum adaptari. & not. glo. in l. quoties in uerbo diuidit C. famil. herciscun. ubi dicit, ꝙ quilibet disponens nescit dicere hæredem instituo &c. Intendit ergo Iustinianus in princ. huius legis uerborum qualitatem & figuram ad mentem disponentis accommodare, ut dispositio secundum mentem ualeat superficie uerborum non considerata: dummodo talia uerba ad ultimas uoluntates pertineat, & legitimum sensum relinquere aliquid uolentium significent. & prædictis bene conuenit dictum glo. communiter allegatum in l. librorum §. quod tamen Cassius de lega. iij. ꝙ uerba omnino extranea & inepta uitiant dispositionem: nisi cum materia subiecta aliquam

habeant conformitatem. & ita notabiliter declaratur illa uulgata regula, quod uerba impropriè accipi debent, ut actus uel dispositio sustineatur l. Titia §. Lutius, ubi Bart. de lega. ij. l. filius fam. §. ut quis hæredem de lega. i. l. Scæuola ad Trebellia. cum simil. ut procedat, dummodo uerba sint de materia, & saltem largè sumpta conueniant, secus si sint prorsus extranea. & ideo benè sequitur in textu, siue directis uerbis quale est, iubeo, siue precariis utatur testator, quale est, rogo, uolo, mando, fideicommitto. §. fi. Inst. de singul. rebus per fidei. relic. d. l. Sempronius ibi, dare rogatur, siue iubetur, de usuf. lega. talia uerba rectè ad mentem adaptanda erũt, ut uel legatum, uel fideicommissum, prout testator senserit inducere possint. Et si quæratur, cur uerbum uolo, cum sit imperiosissimum, & propè tyrannicum, iuxta illud, sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas l. i. ubi omnes scribentes in uerbo uolumus C. de summ. trini. magis obliquum, quàm directum censeatur, & fideicommissis propriè accommodatum? Respondeo, quòd uerbum uolo per se, neq; dispositiuum, neq; executiuum est: sed animi tantum & desiderij explicatiuum. l. Pamphilo §. propositum de lega. iij. Bart. notabiliter in l. serui electione, uersic. pro cuius declaratione de lega. i. nam quilibet uelle potest, sed non imperare. & ideo uerba desiderij tantum explicatiua fideicommissis inducendis sufficiunt, utpote sola uoluntate consistentibus. l. etiam, & l. & eo modo, de lega. i. l. Cum pater §. filius matrem, de lega. ij. nõ autem legatis, quæ expressam & testamentariam dispositionẽ requirunt. l. legatum est donatio, de lega. ij. Sed Iustinia

nus & legata precarijs, & fideicommissa directis uerbis relinqui posse præsenti sanctione apertè constituit.

SEQVITVR *in tex. siue* iuramentum interposuerit testatore dicente ἐνόρκω, enorco, *idest iureiurando disponente. & sic, siue testator uerbis directis siue precarijs, siue simpliciter, siue cum iuramento aliquid relinquat, omni casu dispositio ualet. licet hoc ultimo casu de iuramento, etiam tempore Iustiniani inter patronos fori multum disceptaretur: quasi talis dispositio iurata non ualeret, cum ultima uoluntas libera esse debeat, & ambulatoria per modum meræ facultatis, non necessariæ obligationis. l. iiij. de adi. lega. l. si quis, in principio de lega. iii. l. i. C. de sacro. eccle. quibus tamen non obstantibus Iustinianus apertè definiuit relictum etiam iuratum ualere: quia iuramentum actui adhibitum secundum naturam ipsius actus intelligitur & regulatur. l. fi. ubi Doc. communiter C. de non nume. pecu. c. quemadmodum com glo. in uerbo conditio de iureiu. sicut etiam de stipulatione dicitur, quæ secũdum principalẽ actum iudicatur l. si stipulatus, cũ ibi not. de usu. ideoq; ultima uoluntas, quamuis iurata, non fit propterea irreuocabilis, quo ad ipsum disponentem, sed plenius confirmatur, ut ualeat post mortem omni meliori modo, quo poterit. l. cum quis decedẽs de lega. iij. d. l. cum pater. §. filius de lega. ii. & hic etiam comprobatur opinio nostra, ꝙ Iustinianus iura Digestorum secutus fuerit, cu'm etiam illo iure relicta iurata ualerent.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

SEQVITVR *in tex.* Sit igitur, secundum quod diximus, ex omni parte uerborum non inefficax uoluntas secundum uerba legantis uel fideicommittentis. . *hæc clausula dupliciter intelligi potest. primo, ut dispositio testantis ualeat, & sit efficax in uim legati uel fideicommissi, secundum figuram, & qualitatem uerborum prolatorum: quando scilicet neq; uoluntas, neq; legis authoritas refragantur. & hic primus casus est expeditus.* Nam *ubicunq; mens, & potestas non repugnant, à uerborum natura ac proprietate non receditur. d. l. non aliter de lega. iij. l. ab omnibus in princ. de lega. i.* ibi cũ et significatio uerborũ non repugnet, et uoluntas *testatoris congruat. Vel secundo intelligi potest, ut mens seu uoluntas disponentis non sit inefficax secundum uerba legãtis uel fideicommittentis, idest inspectis uerbis, seu propter uerba legati uel fideicommissi superficialiter considerata: sed ipsa mens in primis spectetur, & ualeat ex omni parte uerborum, idest tam ex parte directorũ quàm obliquorum: quæ nimirum ipsi menti succumbere, & inseruire debent. d. c. intelligentiam de uerb. signi. cum uulga.* Et *hic sensus magis conuenire uidetur, quoniam Iustinianus in hac clausula inter uoluntatem & uerba distinguit: nempe ut uoluntas propter uerba non reddatur inefficax. & hic intellectus ad omnia sequentia pertinet, & uniuersam constitutionem declarat.*

SEQVITVR *in tex.* & omnia, quæ naturaliter insunt legatis, ea et fideicommissis inhære

re intelligatur: & quicquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum. *scilicet ex mente & potestate disponentis, ut sit sensus, quod relictũ uerbis precarijs, & sic in figura fideicommissi, si mens aliter suadeat, legatum censeatur, & secundum legati naturam iudicetur. Similiter relictum uerbis directis, & in figura legati, secundum mentem & potestatem fideicommissum intelligatur: ita ut non uerba, sed res ipsa spectetur.*

ET si quis dicat, quomodo relictum in figura fidei commissi potestati repugnat? Cum fideicommissum sit humanior, & laxior dispositio omnibus ultimis uoluntatibus, in quam cæteræ subsidialiter transeunt. d. §. nostra Inst. de lega. d. §. ut quis hæredem de lega. i. d. l. Scæuola ad Trebellia. Respondeo dupliciter; & primo, quod dicta clausula, dum loquitur de fideicommissis, refertur ad mentem duntaxat, ut scilicet fideicommissum uerbale ex mente legatum efficiatur; ubi uero loquitur de legatis, tunc ad mentem & potestatem referatur, nec erit inconueniens, quòd una, & eadem clausula plures casus determinans, secundum naturam & habilitatem singulorum difformiter intelligatur l. Gallus. §. i. ubi glo. & Doc. in uerbo non exprimat de libe. & posthu. glo. in. l. ij. in uerbo manumitti de offi. Proconsul. Bartol. in. l. Titia. §. Titia col. pen. uersic. quæro, pone, quod testator de lega. ij. Vel etiam dici potest, quod legata & fideicommissa uerbalia tam respectu mentis, quàm potestatis, uniformiter determinentur: quoniam dari potest casus, in quo relictum per fideicommissum stri=

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cto iure deficiat, nisi in uim legati & iure directo sustineatur. ut est casus summe notandus in. l. si quis usum fructum de usufr. lega. ubi usufructus à legatario relictus ad ius directũ reducitur subducta persona legatarij, qua inspecta fideicommissum defecisset. Sed prima solutio uerior est, quia ibi fideicõmissum de æquitate prætoria sustinetur ex post facto: hæc autem constitutio dispositionem ab initio tuetur, ne in suspenso stare uideatur: ut aliquando supra declarauimus.

SEQVITVR *in tex.* & siquid tale est, qđ non habet naturam legatorum, hoc ei ex fidei commissis accommodetur. *hic diligenter adnotandum est, q in præcedentibus usq; ad hunc uersic. Iustinianus de legatis & fideicommissis reciprocè locutus est respectu mentis duntaxat: nunc aũt de solis legatis loquitur respectu potestatis: quia fideicommissa, ut proximè dictum fuit, potestati non aduersantur.* Erit *igitur sensus utriusq; clausulæ, q si legata uel fideicommissa uerbalia menti inspectis uerbis repugnent, secũdum mentem iudicentur. si uerò relictum in figura legati naturam legatorum non habeat, puta, quia testator rem alienam uel hæredis legauit, uel aliquod factũ iniunxit, uel à legatario reliquit; quæ omnia naturæ legatorũ non conueniunt, cum ipso iure, & directo transire non possint: tale relictum in uim fideicommissi ualebit, & eius naturam accipiet.*

SEQVITVR *in tex.* ut sit omnibus perfectus euentus, *scilicet tam in figura legati, quàm fide*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

commissi relictis, & tam respectu mentis, quàm potestatis uerborum qualitas spectari non debeat: sed quibuscunq; uerbis dispositio concepta fuerit, siue directis, siue precarijs, plenum euentum, idest effectum, uel exitum sortiatur, prout testator uoluit, aut potuit l. uel negare, quemad. testa. aperian. l. cùm acutissimi, ibi, plenissimum ei donamus euentum. C. de fideicom. Vna enim fuit Iustiniani intentio, uoluntates morientium modis omnibus ad effectum peruenire. d. l. consulta in fi. & l. sequen. C. de testamen.

SEQVITVR in tex. ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus personales, et ex omnibus hypothecariæ. Iustinianus hic repetit, quod in lege præcedenti iam induxerat. Nam ibi tam pro legatis, quàm fideicõmissis triplicem actionem dedit. nec tamen superflua dicetur hæc repetitio, quia deseruit casui subiecto de legatis & fideicommissis uerbalibus, quæ secundum mentem & potestatem (ut toties dictum fuit) regulantur. de quibus lex. i. supra eo. ti. non disponit.

QVOD autem Iustinianus dicit, ex omnibus supple legatis & fideicommissis, omnes tres nasci actiones, manifestè illorum opinionem conuincit, qui realem pro legatis tantum, & personalem pro fideicommissis competere dicunt. Et si dicatur, quomodo pro uero & naturali legato potest competere personalis? & pro fideicommisso rei uendicatio? cùm substantia utriusque relicti actioni repugnet. Ad hanc diffi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cultatem uarij uaria dixerunt. Tandem communis *opinio uidetur, quòd uendicatio detur fideicommiſſario iam facto domino, & ſic poſt reſtitutionem contra extraneos poſſeſſores: perſonalis uerò detur legatario ad ſolam poſſeſſionem, ſecundum Corne. in .d.l. i. ſupra eo. uerũ m ſolutio de uendicatione nō placet, quia Iuſtinianus & hic & in .l. i. apertè tribuit dictas actiones tam legatarijs, quàm fideicommiſſarijs contra ipſos hæredes ad conſequendum relictum. proinde de hoc articulo longè difficili infra loco ſuo dicendũ reſeruo.*

SEQVITVR *in tex.* ubi autem aliquid contrarium in legatis et fideicommiſsis eueniat, hoc fideicommiſſo, quaſi humaniori, aggregetur, et ſecundum eius dirimatur naturam. *Poſteaquam Iuſtinianus uerba teſtatorum ad mentem redegit, omne relictum non ex uerbis, ſed ex mente determinans: nunc proſequitur alium caſum circa defectum poteſtatis; ut ſit ſenſus, ſi in talibus legatis uel fideicommiſſis uerbalibus aliquid eueniat contrarium, ſcilicet ut unum in uim alterius ſecundum mentem ualere non poſſit, tunc illa diſpoſitio qualiſcunque fuerit, & quibuſcunque uerbis concepta in uim fideicommiſſi, uelut humanioris, & laxioris ſuſtineatur. Nam humanior cenſetur ille actus uel diſpoſitio, cui laxior & pinguior facultas indulgetur, nec tam ſtricta* Iuris *ratio, uel ſubtilitas dominatur. l. generaliter. §.* Cum au*tem, ibi,* humanitatis intuitu hoc latius et pinguius interpretabimur. *C. de* Inſti. *& ſubſti.* Idcir*co humaniora ſunt fideicommiſſa legatis, utpote qui*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

bus latior ac pinguior natura indita est, ut quibuscunque uerbis uel coniecturis collecta ualeant. d. §. nostra Insti. de lega. & ideo quemadmodum apud Grammaticos omnis pars orationis, cum desinit esse quod est, in Aduerbium migrat, teste Seruio: sic omnis ultima uoluntas, cum iure directo ualere non potest, in uim fideicommissi sustinetur: nisi mens disponentis refragetur. d. l. filius. §. ut quis hæredem de lega. i. d. l. Titia. §. Lutius de lega. ij. d. l. Scæuola ad Trebell. iunc. l. uerbis de uulga. Hinc confunditur communis opinio Bartoli & Doc. in d. l. i. de lega. i. uolentium per hanc l. substantiam & naturam omnem legatorum, ac fideicommissorum adeo permistam, & adæquatam fuisse, ut facta sint synonima, & unum de altero essentialiter prædicetur. quod falsum esse ex hoc uersic. manifeste conuincitur: ubi adhuc hodie dispositio, quæ iure legati ualere non potest, fideicommissi naturam assumit, & fideicommissum, non legatum, dicitur & iudicatur. Verum prædicta declaratio adhuc legentis desiderio satisfacere non uidetur, neque omnem scru pulum dissoluere. Quamuis enim illa uerba, si quid contrarium in legatis et fideicommissis eueniat, respectu legatorum possint uerificari, tamen respectu fideicommissorum declaratio non conuenit: quoniam relicto in figura fideicommissi, seu uerbis precariis, nihil obstare potest, quominus eo iure ualeat. Nam, ut toties dictu est, fideicommissum est pinguior & humanior dispositio, in quam cæteræ omnes in subsidium transeunt. Insuper tex. uult illud relictum fideicommisso aggregari, & iure fideicommissi ualere:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ergo in fideicommissis nihil contrarium emergere potest, quod eius naturam excludat. Doctores hunc uersiculum, ut scopulum, fugiunt, nec ullo modo se explicare queunt.

MIHI uerus sensus esse uidetur, ut dicta clausula non debeat sic indistinctè, & uniformiter ad legata & fideicommissa referri: quia respectu fideicommissi tex. sibi immediatè contradiceret. Igitur ad legata tantum referri debet, ut sit sensus. Si dispositio facta in figura legati, uel etiam fideicommissi, aliquid contrarium patiatur, ut scilicet iure legati ualere non possit, secundum naturam fideicommissi iudicetur. Et sic inualiditas dispositionis ad legata dũtaxat refertur. Nam quia Iustinia. paulò ante dixerat, quod legatum est, fideicommissum intelligatur: & quod fideicommissum est, scilicet uerbaliter, legatum censeatur: nũc subdit exceptionem in legatis tantum, nisi talibus legatis, uel fideicommissis uerbalibus, aliquid obstet, ut scilicet iure ueri legati ualere non possint, quia semper in uim fideicommissi talia relicta ualebunt. Et hoc modo textus planus erit, & cessabit omnis difficultas. Et si dicatur, quæ dubitatio esse poterat respectu fideicommissi uerbalis, quominus iure fideicommissi naturalis ualere deberet? Respondeo, quia Iustinianus dixerat. Relicta in figura fideicommissi ex coniectura uoluntatis in uim directi legati accipienda: Igitur ad abundantem declarationem subiunxit, quòd siue testator leget, siue fidei committat (intelligo, semper respectu uerborum) & talis dispositio aliquid contrarium contineat, scilicet na

turæ legatorũ, licet forte fauorabilius fuisset, aut menti disponentis propinquius, illam iure legati ualere, tamen ne dispositio inutiliter pereat, quoquomodo facta appareat, in uim fideicommissi, uelut humanioris, sustineatur. Vel etiam dici potest (& nunc scribendo occurrit alia solutio) quòd dicta clausula, si quid contrarium in legatis, & fideicommissis eueniat, non ad potestatem, sed potius ad mentem testantis referatur. Vt sit sensus, si in tali dispositione facta uerbis directis uel precarijs contrariæ mentis coniecturæ concurrant, ut probabiliter de mente disponentis dubitari possit, utrum illud relictum iure legati uel fideicommissi ualere uoluerit partibus huc illuc (ut uerbo Iustiniani utar) sensum & mentem distrahentibus: tunc talis dispositio, qualitercunque facta, in tali controuersia seu contrarietate, ut fideicommissum iudicetur. Et si dicatur, in dubia uoluntate à uerborum qualitate & figura non receditur. l. non aliter de lega. iij. ideoq; relicta uerbis directis, & sic in figura legati, potius secundum naturam suam interpretari deberent. præsertim cum fauorabilius sit directum, quàm obliquum. l. fi. ubi Bal. not. C. qui manu. non poss. Difficilis sanè obiectio; sed respondeo obiectum procedere in dubio, quando nulla subest coniectura uoluntatis uerborum qualitati resistens. ita loquitur tex. in d. l. non aliter. Nos autem loquimur, ubi adessent ultra uerba coniecturæ uoluntatis, quæ dispositionem ambiguam redderent. quia tunc in omnem euentum in uim fideicommissi ualeret, tanquam humanioris, & fauorabilioris. Nec obstat, quòd directum censeatur fauorabilius obli

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

quo, quia illud in libertate uerissimum est, sed in alijs relictis particularibus contrarium puto: quia iura directa pluribus modis impediuntur, quàm obliqua, nec tam facilè sustinentur, ut patet ex supradictis. tamen cogita, & quam malueris, solutionem amplectere.

SEQVITVR *in tex.* Et nemo moriens putet suam legitimam uoluntatem reprobari, sed nostro semper utatur adiutorio. *Nam, ut toties supra dictum fuit, ueteres, quos tacitè notat hic Iustinianus, uerborum formulis, & subtilitati nimium inhærentes, multas dispositiones minus propriè & congruè explicatas reijciebant. Cui malo Iustinianus semper occurrere uoluit, ne propter huiuscemodi uerborum formas & proprietates, uerus sensus & intentio deperirent, & ideò ubique professus est se adiutorem & protectorem supremorum iuditiorum. l. fin. C. de posthu. hære. Insti. §. disponat Auc. de nup.*

CAETERVM *diligenter obseruãdum est uerbum* illud legitimam, *quia ultima uoluntas eatenus tuenda est, quatenus uel legibus, uel bonis moribus non aduersatur. l. pen. de condi. Insti. l. utilitatem de cõfirman. tuto. bonus tex. in. l. Cũ quæstio. C. de lega. ibi,* in omnibus enim uoluntatem, quæ legitima est, dominari censemus. *facit etiam tex. in. l. nemo potest, de lega. i. & l. nolumus in princ. C. de testa. quinimo nec ultima uoluntas iurata contra leges, uel bonos mores admittitur. l. si quis inquilinos. §. fi. de lega. i.*

SEQVITVR

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

SEQVITVR *in tex*. Et quemadmodum uiuentibus prouidimus, ita & morientibus prospiciatur. *Nam quemadmodum Iustinianus consuluit honoratis, ut competentibus remedijs, & actionibus honorem, seu emolumentum sibi relictum consequerentur, ut in. l. i. supra eo. & hac. l. ubi de actionibus loquitur: sic etiam morientibus consulere uoluit, ut eorum ultimæ uoluntates modis omnibus seruarentur. Similis textus eiusdem Imperatoris habetur in. l. pen. in fi. C. ad l. Falcid. ibi*, quare non & in præsenti casu, et uiuentibus & morientibus prouidemus, et eorum ultima elogia conseruantes, et commodum hæreditarium non minuentes? *& in. l. Cum antiquitas. §. si autem longiori. C. de testa. ibi*, sic enim et naturæ medemur, ET MORTVORVM ELOGIA IN SVO STATV FACIMVS PERMANERE.

SEQVITVR *in tex*. et si specialiter legati tantummodo faciat testator mentionem, hoc et legatum, et fideicommissum esse intelligatur. *id est intelligi possit secundum mentem, & potestatem disponentis. Si enim relictum in figura legati per uerbum lego, uel cum mentione legati tantum, puta fundum Titio lego, uel legati iure relinquo, directo modo ualere potest, mente & potestate non repugnantibus: utique legatum dicetur, & iure legati ualebit. d. l. non aliter de lega. iij. Si uero iure directo ualere non possit defectu mentis, uel potestatis: tunc in uim fideicommissi interpretabitur, & fideicommissum dicetur,*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

& sic una & eadem dispositio usque ab initio talis interpretabitur, qualem mens uel potestas patietur: non ut duplex dispositio simul intelligatur, ut supra latissimè demonstraui. Ex quibus adnotari possunt tres casus, qui per hanc clausulam deciduntur.

PRIMVS casus est, si testator aliquid simpliciter leget, uel specialem tantum legati mentionem faciat, nec mens uel potestas uerbis aduersetur, talis dispositio legatum erit, & legati iure tantum ualebit. quia alio non apparente à uerborum proprietate non receditur. d.l. non aliter. & d.l. Labeo in fi. de suppellec. lega. tantum abest, ut etiam fideicommissum intelligatur ad electionem legatarij; quia fieret contra mentem disponentis, si uerba directa, quæ iure suo ualere possunt, citra necessitatem obliquarentur. d.l. uerbis de uulga.

SECVNDVS casus est, quando uerba directa iure legati ualere non debent, quia mens testatoris repugnat, qui de effectu obliquo cogitauit, ut ex præcedentibus seu præfationibus colligi potest. l. Titia. §. i. de uerbo. obliga. l. Item quia. §. fi. de pac. Doc. in. l. iiij. de lega. i. & in. l. ita stipulatus in princ. de uerbo. obliga. & hoc casu receditur à uerborum proprietate, ut mens seruetur. d.l. nõ aliter. & c. intelligẽtiã de uerbo signi.

TERTIVS casus, quando uerba directa iure legati ualere non possunt, quia legis authoritas refragatur; & tunc talis dispositio similiter fideicommissum dicetur, & obliquo iure ualebit. d.l. Scæuola ad Tre=

bellia.d.l.filius.§.ut quis hæredem,de lega.i. quod uerum est,nisi etiam mens ipsa aperte & euidenter legis authoritati refragetur:ut quia testator modum directum in codicillis ab intestato expressit; uel à legatario explicite directo legauit,ut Titij fundum ipso iure,et recto esse iubeo, uel Titio fundum lego,& ab eo recta uia in Sempronium peruenire uolo. nam his casibus putarem tale relictum non ualere propter repugnantiam uoluntatis & potestatis.l.i.de Iu. codicillo.l.multum C. si quis alte.uel sibi.c.cum super de offi. delega. nulla enim tam fauorabilis est dispositio, quæ contra uoluntatem expressam sustineatur.d.l.uerbis,& l.iam hoc iure in fin. ibi, si uoluntas non refragetur de uulga.l.contra.C. de manu. testa. constat autem uoluntatem magis enixam esse circa modum specialiter explicatum,ueluti lego fundum directò,uel ipso iure, quàm circa modum uerbis implicite designatum;ueluti fundum lego Titio,uel fundum Titij esse iubeo. licet enim uerba sint per se directa, modus tamen non est expressus. facit tex.in .l.centurio,ibi, directò substituit de uulga. l.seruo tuo C. de manu.testa.l.uxorē §. legauerat de lega.iij. cum simil. tamen cogita,quia nullus hæc tangit.

SEQVITVR *in tex.* & si fidei hæredis uel legatarii aliquid committatur, hoc et legatum esse uideatur. *His uersic. ut postremus, ita omnium difficilimus reputatur,et in eo scribētes ualde laborāt. Nam impossibile uidetur,ut relictum à legatario, præsertim in figura fideicommissi,seu uerbis obliquis, lega*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

tum uerè & propriè intelligatur: cum adhuc hodie secundum ueriorem opinionem à legatario directò legari non possit. Insti. de sing. reb. in princ. Quare dicunt aliqui, quòd fideicommissum relictum à legatario, intelligatur legatum, scilicet ab hærede. Sed hæc solutio fuit superius reprobata in undecimo argumento contra secundum intellectum, ubi ostendimus relictum à legatario ad hæredem referri non posse, nisi ut fideicōmissum. l. Celsus de lega. ij. cum alijs ibi adductis.

IDEO aliter respōdeo, ꝙ relictū ab hærede uel legatario in figura fideicōmissi, legatū uerè intelligi pōt, quādo cōstaret testatorē eosdē elegisse, ut nudos ministros, & executores tantum suæ uoluntatis, iuxta tex. in. l. si quis Titio. & in. l. si quis quos de lega. ij. l. si filio de dona. cau. mor. l. filio § matri secundum intellectū glo. de adi. legatis, licet reprobetur à Bartol. in. l. uni. § pro secundo. C. de cad. toll.

ET si dicatur, ꝙ hæres nunquam intelligi potest ut nudus minister; quandoquidem nudus minister nullum inde commodum sentit iuribus præallegatis, & l. Lutius. §. i. de lega. ij. sed relictum ab hærede, si quouis modo non transferatur, apud ipsum remanet, & eius commodo cedit. d. l. uni. §. in primo C. de cad. toll. Respōdeo, ꝙ hæres intelligitur, ut nudus minister, quando legatum ualet, & agnoscitur: quia licet ab eo, uelut mero executore præstetur. l. non est dubium. C. de lega. Insti. eo. ti. §. i. nunquam tamen ad eum pertinuisse censetur. l. legatum est delibatio, de lega. i. l. legatum ita in

ff. de lega. ij. Cæterum, quando legatum non ualet, uel non agnoscitur, tunc apud hæredem manet sub uniuersali titulo Institutionis, perinde ac si hæreditas nũquam delibata fuisset: & consequenter ratione ministerij nullum commodũ percipere uidetur. d. l. legatum & l. legatarius. §. i. & l. seruum filij §. ii. & l. si tibi hõ. §. i. de lega. i. & l. nam sicut in princ. ad l. Aquili. Et in hunc modum intelligi potest hic ultimus uersiculus, si fidei hęredis uel legatarii aliquid cõmittatur, scilicet uerbis precarijs, hoc & legatum esse uideatur, scilicet ex mente disponentis, non inspecta figura seu qualitate uerborum: quoniam (subdit Iustinianus) non uerbis, sed rebus ipsis leges imponimus. ecce ut ratio probè conuenit.

VEL etiã, & secundo, si detur audatia, dicerẽ hũc uersiculum intelligi posse, ut fideicõmissum relictũ à legatario legatum in effectu dicatur, non solum ratione mentis, sed etiam potestatis: quando scilicet aliquo casu superueniente talis obliqua dispositio secundum strictam iuris rationẽ in uim fideicommissi ualere non posset, ut est casus in. l. si usum fructũ de usuf. lega. ubi ususfructus à legatario per fideicommissum relictus de rigore expirat mortuo legatario, uel capite diminuto: tamen ne fideicommissum reddatur inutile, perinde habebitur, ac si usufructus directò legatus fuisset. ecce quomodo fideicommissum legati naturam assumit ratione potestatis. Et licet hanc declarationem supra reiecerim, quasi testator ab initio de tali casu non cogitauerit, nec eius dispositio suspendi potuerit, ta-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

men Iustinianum ad hos quoq; terminos respexisse uerisimile est, ut tam ab initio, quàm ex post facto ultimæ uoluntates conseruarentur. Nam hæc constitutio non ad certam facti speciem relata est, cuiusmodi pleræq; Cæsarum constitutiones leguntur: sed generaliter, & in abstracto per uiam regulæ edita fuit, ut ad omnes casus, qui sub rationibus in ea deductis quouis mô comprehendi possunt, efficaciter adaptetur. præsertim ad casus iure Digestorũ sparsim definitos, quos omnes Iustinianus hac sua constitutione conclusit, ut supra docuimus ex mente Bartol. in.d.l.i. in prima oppo. de lega.i. Nec me ualde mouet incogitantia testatoris, & suspensio dispositionis: quia dici potest, quemlibet disponentem, saltẽ in genere, de huiuscemodi casibus cogitare, uelleq;, ut in omnem euentum sua dispositio ualeat, & sustineatur omni meliori modo, quo potest: argumento eorum, quæ Doc. communiter tradunt de clausula codicillari circa posthumos ignoranter præteritos, in Auc. ex causa. C. de libe. præterit. & Alexa. in consil.xxx. ponderatis. in princ. uol.iij. ubi notabiliter concludit, ꝙ ad sustinendam dispositionem ex mẽte testatoris sufficit in genere cogitatio. l. qui iure militari de testa. mili. & l. prætextu specierum, cum ibi not. de transac. & hanc dicit magis communem opi. tamen super hoc secundo intellectu cogitabis, quia præcedens declaratio tutior est, & planior.

ET hæc sunt, quæ circa intellectum huius difficilimæ constitutionis, meditari placuit. in quo explicando, quoniam multa forte contra & præter aliorum pla-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cita dixisse uidebor, liberum unicuiq; esse uelim, quas maluerit sententias, & opiniones amplecti.

SVPEREST nunc, ut ad ea, quæ initio huius commenti pro communi intellectu adducta fuerunt, iuxta pollicita respondeamus. & inter cætera, quæ satis leuia sunt, unum potissimum urgere uidetur, nempe quia Iustinianus passim testatur se unam omnibus legatis, & fideicommissis naturam imposuisse, & quod amplius in altero fuit, alteri communicasse. d. §. sed nõ usq; Inst. de lega. d. l. uni. §. nos autẽ C. de cadu. toll. d. l. i. supra eo. Sed natura fideicommissorum non alio respectu pinguior cẽsebatur, quàm legatorum, nisi quia & ab intestato & à legatarijs, & tacitè, nutu, uel coniecturis, & de alienis rebus uel factis induci poterant. Similiter natura legatorum fideicommissis præpollebat ex eo, ꝙ dominium ipso iure & directò transferebantur, & legata actionibus efficaciter petebantur. d. l. legatum ita & d. §. uarijs de lega. ij. & l. si res, de lega. iij. Igitur, si tales naturæ, & proprietates sunt inuicem communicatæ, necessariò fateri conuenit nullam prorsus differentiam in effectu remansisse. d. l. i. de lega. i. sed tam legata, quàm fideicommissa uniformiter, & indistinctè ab intestato, & tacitè fieri posse, & directò iure ualere: ut idem omnino sit legare, quod fideicommittere, & è contrario.

AD hoc planè respondeo, ꝙ Iustinianus communicauit quidem naturas, sed substantias non confudit. Igitur adæquatio per eum facta sic intelligi debet, ut

legata uerbalia ex mente & potestate omnem fideicom missorum naturam accipiant, & contrà fideicommissa uerbalia legatorum. & in tantum fuerint exæquata, ut in effectu & re ipsa unum de altero prædicetur. & hoc pacto de relictis uerbalibus semper intelligendo, cessat omnis difficultas, & tex. huius constitutionis & dictæ. l. primæ de lega. i. bene conueniũt, & rationes omnes per Iustinianum adductæ. Quod si de ueris & mentalibus relictis (prout Doc. intelligunt) sentiamus, ut scilicet id quod uere & ex mente legatur, censeatur fideicommitti, & contra: fateor me hanc confusionem non euadere, neq; iuris nostri difficultates, & contrarietates in hac materia emergentes posse dissoluere. Concludo igitur (quantum iudicio meo assequi possum) quòd uniuersa Iustiniani adæquatio ad solam uerborum figuram pertinet; & quòd adhuc hodie uera & mentalia legata à ueris & mentalibus fideicommissis re, nomine, & effectu differunt: & quòd aliud est legatum, aliud fideicommissum: & quòd omnes Digestorum differentiæ adhuc hodierno iure procedunt. Totus enim apparatus Iustiniani ad hoc tendit, ut illã antiquorũ superstitionem tolleret, qui omne relictum secundum uerborun figuram strictè iudicabant. nec aliter responderi posse arbitror.

RELIQVVM est nunc, ut de Actionibus & remedijs legatorum, ac fideicommissorum, iuxta pollicita dispiciamus. Sed imprimis offert se notabilis quæstio de relicto libertatis, Vtrum hæc Iustiniani constitutio, quæ uerbales differentias sustulit, etiam in relicto li

bertatis procedat? uerbi caussa, Testator seruo alieno li bertatem uerbis directis legauit, an tale legatū in uim fideicommissi ualebit? Et Doc. communiter concludunt non ualere, neque relictum libertatis hac lege cōprehen di, quod est mirum. ita uolunt glo. Bartol. & omnes in d. l. i. de lega. i. Tum quia secundum Petrum, circuitus, seu modus obliquus utilis est propter ius patronatus. l. hij quibus. C. de fideicom. liberta. Tum etiam se cundum Bartol. quoniam tale ius immediatè, & directò causari non potest: igitur alienum factum necessariò desiderat. Verùm prædictæ rationes parum mihi concludunt: Tum quia ius patronatus non minus ex dispositione legis, quàm testatoris prouisione resultare uidetur. l. iij. de Iu. patro. tum etiam quia, si uerba directa in cæteris relictis ex mēte uel potestate obliquantur, ne actus pereat, longè magis hoc in libertate obtinere debet. l. Antoninus & l. generaliter. §. si quis ser uo pignorato, de fideicom. liberta. Igitur non assignatur concludens ratio, quare libertas alieno seruo uerbis directis relicta, fauore præsertim ipsius libertatis, in uim fideicommissi ualere non debeat. Vnde aliqui dixerunt libertatis relictum hac lege non comprehendi. Primo, quia hæc lex triplicem dat actionem pro legatis & fideicommissis, quæ uoluit exæquare: sed pro legato libertatis nulla illarum actionum competit, quia post moram seruus iure constituto liber fit. l. cum uerò. §. apparet, de fidei. liberta. l. si peculium. §. i. de statu lib. l. cum ita datur, de Condi. & demon. uel competit actio in factum, uel condictio ex lege secundum Bart. & alios in d. l. i. de lega. i. ideo cui non conueniunt

uerba legis, nec etiam conuenit dispositio.l.iiij. §.toties de dam.infec.l.quod constitutum de mili.testa.uerum hæc ratio non satisfacit, tum quia declarat tantum libertatem hac.l.non contineri, sed caussam, cur non contineatur, non assignat: Tum etiam quia, licet omnia uerba legis non conueniant, sufficit quod mens & ratio legis conueniant, ut casus in lege comprehendatur l. illud ad.l.Aquili. l.i. de fonte.l.a Titio de uerbo. obligatio. cum uulga. Ideo illa clausula de actionibus loquens referetur ad casus suos, quibus conuenire potest: non autem excludet alios casus, qui sub generalitate mentis & rationis includuntur.argu. eorum, quæ notant. glo.& Salyce.in. l. de crimine. C. qui accu. non poss. quod scilicet incluso uel expresso specialiter aliquo, non censentur exclusa ea, quæ alia uia uel ratio ne includuntur. Sequitur Deci. in consil. CX. Verè ut puto. col. ij. in fi.uol.i. & ad hoc benè facit tex.in.l. si quis legauerit, de lega. i. ubi, si Prætor uocet uentrem cum liberis, etiã liberis non extantibus solus uenter admittitur. quamuis enim uerba legis soli utero conuenire non uideantur, tamen mens & ratio legis consideratur. & ita limitatur regula.d.§.toties.et.d.l.quod constitutum, de mili. testa.ad quod facit etiam tex.in.l. si ita fuerit in fi.de manu.testamen.

SECVNDAM igitur rationem adducunt, quod dispositio huius legis dũtaxat procedit (secundum eos) illis casibus, in quibus testator per utrunque modum disponere potest, & efficere, ut dispositio utroque modo ualeat, scilicet directò & per obliquum: quæ facul

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

tasin libertate non cadit, quia testator facere nequit, ut relictum libertatis utroque iure ualeat propter contrarietatem. Sed nec ista ratio ualet, quia manifestè confunditur per tex. in l. si quis seruo, de manu. testa. ubi testatòr potest seruo suo libertatem utroque modo relinquere, & directò & per obliquum: & competit electio ipsi seruo, an fieri uelit libertus testatoris orcinus, an uerò libertus hæredis. l. directis. C. de manu. testamen. & l. hi quibus. C. de fideicom. liberta. Igitur nihil obstat, quominus relictum libertatis in seruo proprio utroq; modo, quemadmodum & in cæteris rebus, electiuè intelligi possit: quia electio tollit contrarietatem. d. §. uarijs de lega. ij. & d. §. eligere de tribu. actio. & d. l. i. C. de furt.

QVID dicendum? Breuiter, amplector communem opinionem: quòd relictum libertatis hac lege minime comprehendatur, sed iuxta uerborum qualitatem adhuc iudicetur: idq; noua ratione. Nam quando aliquid ab hærede relinquitur, siue legati uerbis, siue fideicommissi, id omnino ex dispositione legis ab hærede præstari debet. Inst. de lega. in princ. l. non est dubium. C. de lega. quinimo, etiam si testator iubeat legatarium rem sibi percipere, adhuc tamen illam propria authoritate capere non poterit: sed modo legitimo per manum hæredis, secundum Bal. & Corne. in d. l. i. in uerbo percipias, supra eo. Ideo testator uideri potest operam & ministerium hæredis, uelut meri executoris, ad conformitatem iuris simpliciter elegisse, ut in fi. huius textus demonstrauimus. & consequenter ex

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

pressio eius, quod à lege disponitur, per eundem modum nihil operatur. l. iij. cum not. de lega. i. l. non rectè. C. de fideiusso. Sed quando libertatem uerbis fideicommissi relinquit, non potest factum hæredis ad nudum ministerium de iure referri: quia in directa libertate lex hæredis operam non requirit, sed executio per ipsum testatorem immediatè fieri dicitur. l. directis. C. de manu. testamen. l. si legato. §. fi. ff. eo. ti. igitur non frustra manum hæredis implorasse uidetur. & sic una præsumptio aliam tollit. l. diuus de in integ. resti. l. cum de indebito de probatio. l. i. C. qui, & aduer. quos. Et sic apparet, quòd in relicto libertatis modus relinquendi uerbis designatus magis attenditur, quàm in cæteris legatis. Et si dicatur, prædicta ratio in seruo proprio admitti potest, sed in alieno non procedit: quia libertas seruis alienis non nisi per fideicommissum relinqui potest. d. l. libertates de fideicom. liberta. l. seruo tuo. C. de testamen. manu. l. si fructuarium secun. unum intellec. ff. eo. ti. Ideo si testator alieno seruo libertatem uerbis directis legauerit, modus uerbis designatus attendi non debet, sed potius obliquari, ut actus ualeat: & consequenter tale legatum libertatis hac lege etiam comprehendi deberet, ne propter figuram uerborum dispositio pereat, ut hic in fi. et. d. l. filius. §. ut quis hæredem de lega. i. & d. l. Scæuola ad Trebellia.

AD hæc respondeo, quòd quidam fatentur obiectum, scilicet libertatem alieno seruo uerbis directis legatam in uim fideicommissi conseruari, cùm magis fauendum sit libertati, quam cæteris legatis. l. genera-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

liter. §. si quis seruo pignorato. & l. cum uerò. §. apparet de fideicom. liberta. quinimo in omnibus ferè causis libertates fideicommissariæ pro directò datis habentur, ubi utilitas suadet. l. Iulianus ait. de manu. testa. ergo longè magis eadem ratione directæ pro fideicommissarijs accipi debent: Cum facilius directa obliquentur, quàm contrà, iuribus prædictis. Ego tamen non recedo à iuribus expressis in. d. l. libertates, & d. l. seruo tuo, & l. si seruus legatus. §. si seruus alienus de lega. i. & l. Seruius de manu. testa. l. alieno de fideicom. liber. cum infinitis simil.

RATIO autem, cur in alieno seruo uerborum qualitas districtius attendatur, etiam cum uitio dispositionis, reddi potest: quoniam in legato libertatis modus expressus notabilem effectus diuersitatem inducit ex mente ipsius disponentis, qui directò legando censetur nolle seruum illum cuiusquam fieri libertum. d. l. directis: ideo contra eius mentem dispositio etiam fauorabilis sustineri non debet. l. Iam hoc iure in fi. & l. uerbis de uulga. & ideo lex etiam alienis seruis libertatem relinqui concessit, dummodo id per fideicommissum fiat, uerbis adeo manifestis et uulgaribus, ut nulla quæstio uolũtatis emergat. d. l. libertates de fidei. liber.

ET, si dicatur. prædicta ratio, in effectu ad rationem Petri de utili circuitu reducitur. Respondeo rationem Petri de utili circuitu simpliciter assignatam rectè à Bartolo confutari: quia talis utilitas in multis alijs casibus considerari potest, ut per eundem in d. l. i. de le-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ga.i. Sed ratio per nos adducta non ad utilitatem, ſed ad uoluntatem diſponentis principaliter refertur.

VEL etiam dici poſſet, q facultas relinquendi libertatem ſeruis alienis diſpenſatiuè conceditur, argu. glo.in.l. Illa inſtitutio in princ.& l. in tempus de hære di. inſti. Igitur, quando aliquis contra ſtrictam rationem iuris diſpenſatiuè diſponit, uerbis adeo congruis, & manifeſtis uti debet, ut omnis alia inhabilitas penitus excludatur. neque enim contra multiplex uitium ſolet lex diſpenſare. l. ſi quando.C. de inoffi.teſtamen. & hanc rationem tacitè innuere uidetur Iuriſconſultus in d. l. libertates. tamen cogita ſuper præmiſſis: quia difficile eſt in iure poſitiuo concludentes cauſas aſſignare.

SVPEREST nunc, ut de actionibus loquamur communis eſt Doc.concluſio, pro legatis & fideicommiſſis triplicem actionem competere, ſcilicet rei uendicationem, perſonalem ex teſtamento, & hypothecariam. ut hic.& d.l.i.ſupra eo. Verùm prædictæ concluſioni obſtare uidetur incompatibilitas, ſeu pugnantia remediorum.l.i.C.de furt. Nam rei uendicatio actorem dominum præſupponit. l.doce C.de rei uedi.l. in m. reſſ. eo.ti. Perſonalis autem non domino competit ad dominium acquirendum.§. ſic itaq; diſcretis.Inſti. de actio. l.fi.de condic.ob cauſ. nemo enim, niſi à fure odio delinquentis, rem ſuam cõdicere poteſt.§.planè odio Inſt. de actio.l. fin. uſufruc. quemad. caue. Igitur mirum eſt, quomodo in eandem perſonam concurrere poſſint.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

IN hac difficultate laborant omnes scribentes, uarieq; respondent : ut patet in.l.i.de lega.i. & per Bartol.in.l.nemo rem suam de uerb.obliga. & per Corne. in .d.l.i.in glo.ut in dote supra eo.

PRIMA igitur fuit solutio glo.in d.§.nostra Inst. de lega.ꝙ in legato actio personalis ex testamēto cōtra hæredem obligatum competit ad tradendum, & sic ad possessionem duntaxat, & hæc magis communiter approbatur.

SECVNDA fuit solutio, ꝙ licet prædicta remedia uideantur contraria, tamen contrarietas per electionem tollitur. Nam legatarius electa personali statim & dominium, & rei uendicationem amittit: quia intentans unum ex pluribus remedijs contrarijs, censetur alteri contrario renuntiare, & etiam causæ eiusdem remedij productiuæ.d.l.i.C.de furt.l.ad solutionem C de re iudi.l.post diem de lege commisso. notant glo. Bartol.& alij in.l.naturaliter.§.nihil commune in.iij.lectu.de acqui.posse.

VERVM prædicta solutio cōmuniter reprobatur, quia dominium semel quæsitum nuda uoluntate amitti non potest : nisi in alium transferatur.& in hoc differt à possessione.l.si quis ui.§.differentia, de acqui.posse. Igitur nec rei uendicatio, quæ ab ipso dominio procedit, sola uoluntate amitti potest. causa enim otiosa esse non debet, & sine suo effectu remanere.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

ET, si dicatur, ꝙ legatarius intentando personalem, censetur prius hæredi dominium cædere: ut illud ab eodem plenius consequatur, iuxta not.in.d.§.nihil commune, in.iij.lectu. Respondeo, ꝙ talis circuitus, uelut omnino superfluus, non admittitur.l.dominus de condic. indebi.& quicquid sit in possessione, quæ magis facti, quàm iuris est, & solo animo potest.l.i.§.si uir.uxori.& l.iij.§.in amitten. de acqui.poss.tamen in dominio secus est. quia lex non patitur, ꝙ quis dominiũ sponte amittat, ut illud statim recuperet.l.qui sic, de solutio. Præterea dominium ex ultima uoluntate procedens plenum est, & irreuocabile, quando semel agnitum fuit, secun. Imol.in.d.l.i.de lega.i.

TERTIA fuit solutio, ꝙ per electionem personalis rei uendicatio tollitur: sed dominium non amittitur.d.§.uarijs & d.§.eligere. sed hæc solutio non tollit obiectum, quomodo personalis actio domino rei cõpetere possit.

QVARTA igitur fuit solutio, ꝙ prædictæ actiones usq; ab initio non concurrunt: sed personalis pro fideicommissis, uendicatio pro legatis. Et ideo eligens unã censetur eius quoq; causam, seu uiam præambulam elegisse. quam opinionem supra latissimè confutauimus pluribus rationibus & argumẽtis, quæ nõ repeto.

QVINTA fuit solutio Imol.in.d.l.i.de lega.i.ubi uoluit concursum realis & personalis actionis contra hæredem tolerari fauore ultimæ uoluntatis, quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

modum toleratur odio furis: & si odium hoc potest, multo magis fauor. l. cum quidam de libe. & posthu. c. odia de regu. iu. in. vi. Sed hæc solutio reducit nos ad specialitatem totius materiæ fauorabilss, in qua tamen communes regulæ uiolari non debent: nisi forte in casu aliquo specialem rationem habente. Quare autem personalis domino dari debeat in ultimis uoluntatibus, specialitatis ratio non assignatur.

VLTIMA tandem fuit solutio Alberti de Saluis secundum Barto. in. d. l. nemo rem suam de uerbo. obligatio. & Corne. in. d. l. i. supra eo. ꝙ scilicet actio personalis non datur domino rei, quando tale dominiū plene ei competit de iure communi. d. §. sic itaq; Inst. de actio. Secus quando competit iure singulari, uelut ex ultima uoluntate. l. traditionibus, cum ibi not. C. de pac. quia tunc etiam personaliter ad dominium agi potest, ut plenius & firmius habeatur. argu. tex. in. l. in bello. §. si quis seruum, de capti. ubi seruus redemptus ab hostibus efficitur redimentis: & tamen remanet adhuc eidem iure pignoris obligatus contra regul. l. neque pignus, de regu. iu. quia tale dominiū debilius est, & iure speciali reuocabiliter acquisitum, ut declarat glo. ibi in uerbo oblato, & ideo nō tollitur remedium ordinarium iure communi concessum. Et hanc solutionem approbare uidentur Cyn. Bartol. Salyce. Paul. de cast. & Corne. in locis præallegatis. & Elementarij in. d. §. nostra in glo. magna Insti. de lega. pro qua etiam facit tex. in. l. in rebus. C. de iu. doti. ubi soluto matrimonio mulier potest bona dotalia, uel per rei uendicationem, uel per hypothecariam recuperare, diuerso tamen re=

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

spectu: quoniam, ut ibi dicitur, siue ex naturali iure eiusdem mulieris res esse intelligantur, siue secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse uideantur, per utranque uiam, siue in rem, siue hypothecariam ei plenissimè consulitur.

SED Baldus, & Imol. non insubtiliter prædictam solutionem impugnant: quandoquidem rei uendicatio pro legato competens dicitur communis, & regularis ex uero & irreuocabli dominio procedens. d. l. à Titio de furt. d. l. legatum ita, & d. § uarijs. & d. l. si res de lega. ij. & d. l. si seruus legatus. §. cum homo de lega. i. quamuis enim lex citra traditionem exequatur ultimas uoluntates, quo ad dominij translationem. d. l. traditionibus cum glo. fi. dominium tamen, quod ex ultima uoluntate ipso iure acquiritur, dicitur uerum, directum, & irreuocabile, & de iure communi procedere, quemadmodum & uera possessio ex fictis causis resultat. l. q meo, cum ibi not. de acqui. possessio. quando enim dicimus aliquid speciali iure procedere, non statim uniuersam materiam fauorabilem consideramus (ut in præcedenti solutione dictum fuit) quia in multis potest ex communibus præceptis & regulis constare. sed solū casū, de quo agitur, singulari iure, & speciali ratione suffultū spectamus. ut patet in testamento militis in expeditione testātis. l. pē. C. de mili. testa. & in casu serui redempti, in quo acquiritur dominiū reuocabile. d. §. si quis seruum. Similiter in casu recuperandæ dotis, cuius dominium ēt reuocabiliter, et utiliter tantū marito acquiritur. d. l. in rebus, et Insti. quib. alie. li. in

princ. sed ex legato dominiũ plenũ directũ, et irreuocabile, quæritur secũdũ regulas iuris cõis, ut prædiximus.

IGITVR reiectis prædictis solutionibus, amplectendam censeo opi. glo. in. d. §. nostra, quæ magis cõmuniter approbatur secundum Corne. in. d. l. i. supra eo. & quam ueriorem puto; quia, quando cum possessione rei alienæ concurrit etiam obligatio possidentis eius consensu contracta, tunc contra possidentem competit etiam actio personalis ad tradendum, seu possessionem, uelut contra hæredem, qui se per aditionem sponte obligauit. l. apud Iulianum. §. fin. cum. l. sequ. quib. ex cau. in poss. ea. § hæres cum glo. Insti. de obligatio. quæ ex qua. contra. nascun. d. §. uarijs. & d. §. cum homo. Cur autem speciale sit in fure, ut etiam cõdictione furtiua teneatur, declarat glo. in. d. §. planè odio in princ. & in uerbo si apparet, & in. §. fi. Insti. de obligatio. quæ ex delic. nascun. & in l. scire debemus §. si. à fure de uerb. obli. Præterea fur nullo cõsensu, sed re ipsa tantũ obligatur. l. ex maleficijs in prin. de actio. et obligatio. iũc. l. si quis extraneus in prin. de acq. hær. ubi admissum siue delictum cõtrariam obligationi uoluntatẽ declarat. & hæc de personali actione sufficiãt.

VENIO ad rei uendicationem, in qua Bartol. & Doct. communiter in d. l. i. de lega. i. unicam faciunt conclusionem, quod rei uendicatio competit pro legatis & fideicommissis, quæ recta uia transeunt ad honoratum: id est, quorum dominium ipso iure, & immediatè legatarijs acquiritur. d. l. à Titio. & d. l. legatum ita. Ratio secundum Bal. quia ultima uoluntas habet executionem à lege paratam. l. i. C. de sacro. ecle. l.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cum pater.§.surdo de lega.ij.§.disponat Auc.de nup.Et ideo ius & emolumentum ex ultima uoluntate, etiam absentibus & ignorantibus, quæritur.l.fi.C.quand. di. lega. ced. d. §.surdo. Executio autem ipso iure fit secundum Bartol. & Doc. quatuor copulatiuè concurrentibus, sine quibus non competit uendicatio, uidelicet, quòd legatum sit purum, proprium, singulare, & expressum: præsupposita tamen ubiq; hæreditatis aditione, sine qua omnia testamēto ascripta irrita forent.l. si nemo, de testamen.tutel.l.omnia de lega.ij.Nam dominium rei legatæ tripliciter acquiritur. Primò fictè, & reuocabiliter à die mortis ex sola dispositione testatoris. d.§. surdo. l. si partem iunc.glo. fin.quemad. serui.amittit. Secundò uerè, & reuocabiliter à die aditæ hæreditatis, & sic cōcurrente facto hæredis.d. l.omnia. Tertiò uerè, & immutabiliter à die agnitionis, & sic accedēte ēt facto ipsius honorati.l.si tibi hō.§.cū seruus. & ibi notatur, de lega.i.tradit Corne.in.d.l.i.supra eo.

CIRCA primum igitur requisitum, quòd legatum sit purum, ratio est in promptu: quia ad hoc, ut executio legis ipso iure fieri possit, non debet.per testatorem esse suspensa, uel impedita. Et ideo excluditur legatum in diem, per tex. singu. in.l. Sempronius Attalus de usuf: lega. Item legatum sub conditione. l. si cui in princ.et.l.legatum.§.fi. iunc. glo.i.de lega.i.l.Cùm uerò in fi. iunc. glo.fi.de fideicom. libertati. rationem, ut dixi, assignat Bal. quia impedita est executio legis. Sed forte dici posset, etiam his casibus competere uendicationem, saltem habitu & potentia, cùm dies uenerit, uel conditio purificata fuerit: quia puri & purifi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

cati idem est iudicium . l. potior. & l. qui balneum. §. i. qui potio. in pigno. habeant. Et si dicatur, cur aditio hæreditatis non suspendit legatum, neque impedit transmissionem. l. si post. & l. hæredis quand. di. lega. ced. sicut conditio? respondeo, quia dies aditionis non dependet à testatore, sed ab hærede, qui legis executionem impedire non potest. & ideo aditio hæredis retro trahitur ad diem mortis, ne uideatur testator pro parte temporis decessisse intestatus: quod solis militibus singulari iure conceditur. l. quærebatur, de militi. testa. l. ius nostrum, de regu. iu.

SECVNDO requiritur, quòd legatum sit de re propria ipsius testatoris, alioqui dominium transferri non posset. l. traditio de acqui. re. do. l. nemo plus iuris, de regu. iu. Et ideo pro legato rei alienæ, etiam bona fide per ipsum testatorem possessæ, non competit rei uendicatio, nec pro legato rei ipsius hæredis l. si quis inquilinos. §. i. de lega. i. quia ius alienum sine facto uel consensu domini ad alium transferri non potest. l. id quod nostrum de regu. iu. l. non dubium in fi. de lega. iij.

NEC obstat, quòd testator potest disponere de re hæredis, uelut de re propria. §. non solum Insti. de lega. quia illud procedit, quo ad effectum, non quo ad modum. Modus enim possibilis & legitimus semper præsupponitur. l. si quando. C. de inoffi. testamen. Bal. in. l. i. supra eo. in lectura antiqua. Constat autem testatorem in re aliena, uel hæredis, ius directum alteri constituere non posse. l. Paulus. §. i. de pigno. & d. l. non dubium. & l. cùm rem alienam. C. de lega. Sed circa rem alienam bona fide possessam non inutiliter quæri potest, utrum le

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

gatario saltem competat Publiciana ex persona defun
cti? Respondeo non competere, quia in legatarium nul
la actio transmittitur. Cum sit successor singularis
rei, non iuris. §. Legatarijs Insti. de testa.

CIRCA tertium requisitum, q sit singulare, idest
in specie relictum, & certitudinaliter. excluditur om=
ne legatum quantitatis, & omne legatum in genere
factum, ut per glo. & Doc. hic in uerbo actiones in fi.
quia genus incertum est. l. legato generaliter de lega. i.
l. ita fidei in fi. de iu. fisci & incertitudo impedit domi
nij translationem. l. i. de usucapio. nam res incerta ne-
que possideri, neque usucapi potest. l. iij. §. incertam &.
l. locus de acqui. posse. Et hoc uerum est, nisi tale ge=
nus, uel quantitas loco circunscribatur, aut per relatio
nem aliquam coarctetur, quia tunc loco speciei haben=
tur. l. sed si certos de lega. i. l. si certos de uerbo. obliga=
tio. Item excluditur legatum alternatiuum similiter
propter incertitudinem electionis. l. plerũq; in fi. de iu.
doti. l. huiusmodi. §. Stichum de lega. i. notatur in l. si
in rem in princ. de rei uendi. Sed prædictis multum ob=
stare uidetur tex. in. d. l. si seruus legatus. §. cum homo
de lega. i. ubi seruus in genere legatus per legatarium
uendicari potest. nec intelligitur ibi post electionem fa
ctam, quia tex. deducit electionem ab ipsa actione:
quasi electio actionis realis uel personalis in legato ge=
nerali prius cõpetat, quàm electio rei legatæ. nisi dica
mus q tex. loquitur per modũ cuiusdã anticipationis.

ITEM excluditur legatum partis bonorum, quia
licet dicatur particulare, non tamen dicitur speciale,
uel singulare, quia transit cum iuribus actiuis & pas=

sinis.l.si marito solu.mat.in princ.l.ij.C.ad l. Iul. de ui publi.l.si ut proponis. C.de bo.proscrip.l.pen.C.de senten.pass.l.i.C.de fideiusso.l.princeps bona de uer. signi. cum simil. Sed certè prædicta iura loquuntur in dispositione legali: nos autem loquimur de legato, & sic ex dispositione hominis, quo casu appellatione partis bonorum non ueniunt iura & actiones. & legatum partis bonorum dicitur singulare, & corpora tantũ continet, non iura.l.si quis seruum. §.fi.cum l.seq.de lega. ij.& latè firmat Deci.in consil.CCXXXVII.in casu proposito.col.pen.uersic.non obstant allegata. post Pet. Cin. et Bal.in d.l.ij.C.de ui publi. & licet dispositio partis, uel quotæ bonorum dicatur singularis, & iura non contineat, attamen legatum omnium bonorum dicitur uniuersale, & iura actiua & passiua continet.l. cogi.ad Trebellia.declarat Barto. in d.l.si quis seruum §.fi.de lega.ij.post glo.in l.non amplius. §.fi.in uerbo æstimationẽ de lega.i.sequitur Deci.in d.consil.237. col.pen.Et sic patet, quòd in hoc termino bonorum non ualet argumentum de toto ad partem, nec procedit regula legis, quæ de tota, de rei uendica. ut probat etiam tex.notabilis in l.fin.de usuf lega.Ratio autem diuersitatis facilè patet. Nam uniuersitas bonorum æquipollet hæreditati, ne hæres omnia incommoda sine ullo cõmodo bonorum habeat: & ideo de uniuersitate bonorum deducitur omne æs alienum per ipsum hæredem. l.subsignatum.§.bona, de uerb.signi.l.mulier bona de iu.doti.d.l.cogi.ad Trebellia. quæ ratio in parte, uel quota bonorum locum non habet, ut per Deci.in d.Consil.col.pen. uersic.non obstant iura. Igitur legatum par

tis bonorum non excluditur, tanquam incertum ratione generalitatis, sed potius ratione executionis, quoniã est in facultate hæredis soluere corpora, uel æstimationem. d. l. non amplius. §. fin. de lega. i. Ex quo tex. generaliter colligi potest, quòd ubicunque electio rei legatæ pertinet ad hæredem, ut in casu legis, Si quis à filio. §. i. & l. legato generaliter. §. i. & l. apud Iulianum. §. Seio de lega. i. cũ simil. nunquã dominiũ trãsit ipso iure in legatariũ, nec ei cõpetit uẽdicatio ante electionẽ hæredis.

SED obstare uidetur tex. in l. potest eo. ti. de lega. i. ubi dicitur legatarium partis bonorum non debere in omnibus rebus, seu singulis corporibus uendicare portionem: ergo præsupponitur uendicatio in dicto legato partis bonorum. Ad illum tex. respondeo dupliciter. Primo, quòd loquitur post moram, uel post electionem hæredis, qui declarauit se daturum corpora: & tunc possunt uendicari usque ad summam debitam. Vel secundo, quòd uerbum uendicari ibi accipitur pro eo, quod est peti, ut frequẽter apud Iuriscon. l. si is cui de lega. ij. l. ex imperfecto de lega iij. latè Alciat. in. l. pecuniæ. §. actionis de uerbo. signifi. Vel tertio dici potest, ꝙ etiam hoc casu competit uendicatio propter spem consequendi illam in litis contestatione. Nam actio, quæ speratur nascitura ꝑ litis contestationẽ habetur pro nata, et usq; ab initio intentari potest. l. si Titius de uerbo. obligatio. l. nuda. C. de contrahen. stipula. Sed certè hæc solutio nõ satis tuta uidetur, quia iura prææliegata loquũtur in terminis diuersis, scilicet quando præoccupatio litis conceditur in odium rei, qui culpa sua facultatem agendi creditoribus subtraxit: ut plenè declaraui in l. ita stipu

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

latus de uerbo. obliga. ubi ad. d. l. si Titio, octo intellectus recēsuimus. Quare uerior uidetur prima sol. quod propter moram hæredis competat legatarijs uendicatio, adempta scilicet ipsi hæredi electione. l. cum res. §. sed si Stichus, cum ibi not. de lega. i.

CIRCA quartum requisitum, quod legatum sit expressum, Excluditur omne legatum tacitum & consecutiuum: quia in eis dominium ipso iure nō transit, sed mediante facto hæredis. l. seruum filij. §. fi. de lega. i. l. damnas esto. §. i. de usuf. lega. l. emptor. §. ancillam de rei uendi. Nam quicquid ab expresso per modum antecedentis uel consequentis colligitur, non legatum, sed fideicommissum inducit. l. & si non ascripta. C. de fidei. com. liberta. cum prædllegatis. & ita. declarant Barto. & Doc. in d. l. i. de lega. i.

SED Imol. in. d. l. i. reprobat hanc conclusionem, quia legato grege, uel choro, licet singula capita tacitè legata uideantur, possunt tamen uendicari, & eorum dominium ipso iure transfertur. l. grege de lega. i. l. grege de lega. ij. l. l. si chorus de lega. iij. l. i. §. fi. cum duabus seq. & l. in rem. §. Item quæcunque, de rei uendica. similiter & in legato peculij. l. si peculium de pecul. lega. Miratus fuissem de Imola, nisi ipse solutionem attulisset. Nam Bartolus & Doctor. in l. i. loquuntur de legatis omnino tacitis, quæ ex sola uoluntate coniecturata per modum antecedentis, uel consequentis, ut dixi, tacitè colliguntur: quia illa nullo modo sine alieno facto transferuntur. Sed in casibus oppositis talia legata ex ui & significatione uerborum expressè resultant. Vox enim Chori, Gregis, & Peculij,

necessariò omnes suas partes significat, ut plenè dixi in l.rerum mistura de usucapio. & ideo pro expressis naturaliter habentur ex ui, & proprietate uocabuli.

ET si quæratur de ratione, quare Legata omnino tacita ipso iure non transeant, sed hæredis factum desiderent? Respondeo quòd Institutiones & legata sunt directæ dispositiones, & in testamentis solemnibus fiunt.l.illud.§.tractari de Iu.codicillo.l.legatum.§.donatio de lega.ij. Ideoq; uerborum formam & expressionem requirunt.l.i.cum ibi not.de testamen. Quando igitur aliquid uerbis expressum non est, & tamen coniectura uoluntatis apparet, censetur ex quadam benignitate rogatus hæres, ut illud præstet, & adimpleat, quod testator tacitè desiderasse uidetur.d.l.seruũ.§.fi. de lega.i.d.l. & si non ascripta.C.de fideicom.liberta.licet obstare uideatur tex. Instit qui testa.tu.da poss.cum glo.in uerbo directam. Et hoc est, quod uulgo dici solet, in fideicommissis solam uoluntatem spectari, etiam si uerba merè dispositiua non interuenerint.l.pen.de lega.i.l Cùm proponebatur.&.l.unum.§.fi.de lega.ij.l. fideicommissa.§.item si quis de lega.iij.l.hæredes.§. cùm ita ad Trebellia.l.cũ uirũ.C.de fideicom.cũ simil.

SVPEREST in hac materia realis actionis, notabilis difficultas, quomodo pro fideicommissis competat rei uendicatio? prout Doc. communiter præsupponunt hic, & in d.l.i.supra eo.& in d.l.i.de lega.i. cum tamen in ueris & naturalibus fideicommissis dominiũ ipso iure nou transeat.l.Paulus.§.hæres, ubi glo.& Fulgo. de usu.l.si quis usumfructum de usuf.lega.et ubi dominium ipso iure non transit, rei uendicatio locum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

non habet, ut patet ex supradictis.

HAEC difficultas non mediocrem in hac legatorum materia peperit confusionem, in qua Doc. sic se explicare uidentur, quod rei uendicatio, quæ dominium præsupponit, competat pro fideicommissis ex noua inductione Iustiniani post adæquationem omnimodam legatorum, & fideicommissorum: præsupponendo, quod hodie etiam in fideicommissis expressis dominium ipso iure transeat, & quod omnino paria sint fideicõmittere, uel legare, confusa scilicet & natura & substantia omnium relictorum: nisi cum ex natura actus, uel legis authoritate talia fideicommissa directò ualere non possunt, ut in prædictis quatuor requisitis.

ALII uerò dixerunt pro fideicommissis rei uendicationem non competere, sed personalem duntaxat iuxta opinionem Ricardi Malumbræ. Verùm, quia nos utranque opinionem supra latissimè confutauimus, alia uia nodum dissoluemus. Dico igitur conclusionem supra factam de fideicommissis, & rei uendicatione, de uerbalibus, & superficialibus tantum fideicommissis intelligendam, quæ secundum intellectum nostrum ad hanc legem, in uim legati iuxta mentem disponentis interpretantur, & legatorum naturam assumunt: & licet in figura fideicommissi relicta sint, legata tamen uerè & essentialiter dicuntur; & pro talibus competit uendicatio. Quòd si de ueris & mentalibus fideicommissis intelligamus, utique dominium in eis recta uia transire non potest: quia propria essentia & substantia fideicommissi, quam non esse sublatam tenemus, est obliqua uoluntas, et proprietas illius

est obliquus effectus. d.l.si quis usumfructum de usuf. lega. alioqui fideicommissa non essent, nec dicerentur: quod falsum est, ut per hanc legem necessario probauimus, quæ adhuc multa relicta in uim fideicōmissi defendi præsupponit, quæ iure legati ualere nō possunt. Quid enim, si testator modum obliquum sponte elegit? omnino per fideicommissum disponere uolens.l.uxorem. §. legauerat de lega. iij. Quid, si à legatario, uel ab intestato aliquid reliquerit? quibus casibus adhuc hodie talia relicta iure directo ualere non possunt d.§.præterea Insti. de fideicommiss. hæredi. d. §.i. Insti. de singul. reb. per fideicommiss.relic. utique pro talibus fideicommissis rei uendicatio competere nequit; & tamen hi casus sub illis quatuor requisitis non continentur. Et si obiter quæratur, cur ab intestato nihil directò relinqui possit? Respondeo ultra Doct.ꝙ is, qui nullū sibi hæredem, testamento cōstituit, censetur uelle uniuersam hæreditatē omneq; patrimonium suum ad proximiores agnatos legitimo iure deferri.l.conficiuntur de iu.codicill.l.i.§.sciendum de lega.iij.unde nō pōt postea disponēdo ius semel legitimo successori quæsitum in alterum directò transferre.l. post aditam C. de impube.l.si fructuarium,ubi Bartol. de manu.testa. notat glo. hic in uerbo actiones.facit tex. in l. Imperator in princ. de lega. ij. ubi legatarius restituere rogatus, licet adhuc nihil fuerit realiter consecutus, actiones tamen & iura sua fideicomissario cedere tenetur. Cæterum, quando testator sibi hæredē instituit, potest res aliquas prius de hæreditate legando detrahere seu delibare, ita ut nunquam hæredis fiant,

ſed recta uia in legatarios tranſeant.d.l.legatum eſt delibatio.de lega.i.& d.l.legatũ ita de lega.ij.quæ ratio ab inteſtato nõ procedit,ut ex prædictis ꝑſpici põt.

QVOD ſi quis omnino tueri uellet Iuſtinianum tam pro legatis, quàm fideicommiſsis ueris & naturalibus triplicem actionem dediſſe, poſſet attentari noua opinio: quòd, quemadmodum perſonalis actio fauore ultimæ uoluntatis datur domino ad poſſeſſionem duntaxat, ſecundum magis communem opi. ſupra relatã; ſic etiam rei uendicatio detur non domino ad eundem effectum, habenti ſcilicet titulum ex teſtamento. & utilitas erit, quia hæres rem tradendo ẽt in conſequentiam dominium transferet .l. per procuratorem .C. de acqui.poſſ. l.ex empto de actio empti. Et talis uendicatio competet etiam contra extraneos poſſeſſores dummodo fideicommiſſarius doceat rem fuiſſe in bonis teſtatoris tempore mortis, & ſibi relictam fuiſſe: quia leges Iuſtiniani dantes rei uendicationem legatarijs, & fideicommiſſarijs, non diſtingunt inter hæredem & extraneos. Et ſi dicatur, ꝙ licet perſonalis detur domino contra hæredem, tamen contra extraneos non competit, ergo nec uendicatio contra extraneos degenerare debet: quinimo dominium ex parte agentis probandũ eſt.d.l.doce.& l. in rem de rei uendicatio. Reſpondeo notabiliter, quòd omnis actio aliqua ſpeciali ratione odij, uel fauoris ex parte actoris facilè degenerare põt, licet in eo extremũ habile nõ inueniatur: ſecus ex parte rei, in quem nulla actio intendi poteſt, niſi extremo habili cõcurrente.l.ſin autem. §.poſſidere de rei uendi catio.& ideo facilius toleratur, quòd perſonalis detur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

domino, ut hic, & in condictione furtiua; et uendicatio non domino, titulum tamen habenti: quàm quòd personalis detur contra nullo iure obligatum, uel realis cõtra non possidentem. l. uni. C. de aliena. iudi. §. omnium Insti. de actio. Prædicta tamen firmare non audeo: & si enim ualde probabilia sint, nullius tamen suffragio uel authoritate muniuntur. Ideo cogitabis.

IVXTA prædicta quæro, utrum personalis, & uẽdicatio competant contra hæredem, etiam rem ipsam non possidentem? Respondeo, quòd is, qui rem non possidet, neq; dolo desijt possidere, rei uendicatione conueniri non potest. d. §. possidere & l. is, qui se obtulit, cum l. seq. de rei uendi. d. l. i. C. de aliena. iudi. mutan. Personalis autem licet ad possessionem detur, tamen etiam contra hæredem non possidentem rectè intenditur: quoniã sufficit eum esse obligatum ad tradendũ. obligatio enim est extremum necessarium personalis actionis, sicut possessio uẽdicationis, ut supra docuimus. Et ideo hæres personali conuentus tenetur facere, ut rẽ habeat, illamq; legatario præstet l. seruum filij. §. fi. & l. seruo legato. §. fi. de lega. i. quam si habere non possit, saltem æstimationem præstabit. d. l. siquis inquilinos. §. i. eo. ti. l. si res mihi. & l. non dubium. §. fi. de lega. iij.

SED contra prædictam opi. glo. & communem, ꝙ scilicet personalis et uendicatio ad possessionem concurrant, unum urgere uidetur; quia sequeretur, ꝙ hæredes legatarij possent singuli diuersam actionem intentare pro legato consequendo, uidelicet unus realem, alter personalem, cum ad eundem finem, & ex eadem causa procedant. quod tamen est falsum per tex. in l. huiusmo

di.§.fi.de lega.i.ubi dicti hæredes debēt cōuenire in eā dē actionē,ne(ut aliqui dicūt) idem legatū partim iure legati, partim iure fideicō. & sic diuerso iure petatur.

AD hæc respōdeo,ꝙ hæredes legatarij ideo diuersam actionē intentare nō possunt, quia repræsentant ipsum legatarium authorem suum,& pro una persona repu tantur.l.cui fundus in fi. de condi. & demon. constat autem unum & eundem legatarium, licet pro eodem legato plures hēat actiones unam tantum eligere debere.d.§.uarijs.& .d.§.eligere.&.d.§.cum homo toties allegatis. Nec obstat tex.in.l. legatarius de lega.i.quia ibi in sui præiuditium pro diuersis personis habentur, ut unus partem suam acquirere, alter repudiare possit secus in præiudicium hæredis. Sed, si plures essent legatarij,quibus eadem res coniunctim legata sit, ita ut concurrant.l.coniunctim de lega. iij. dubium non est, quin possint singuli portionem suam diuersa actione petere,alter quidem personali,alter uerò reali.Casus est in.l.duobus,quæ immediate sequitur dictam.l. Huiusmodi, de lega. i. Nam ibi unus ex legatarijs personali actione consecutus fuerat æstimationem suæ partis, & ideo alter portionem tantum suam uendicare debet, non totum legatum: alioqui doli exceptione repellitur. Et sic plures legatarij eiusdem rei possunt diuersis actionibus experiri, quia pro eodem legato in specie plura competunt remedia ad electionem, non solum unius, sed etiam plurium legatariorum. Et ex illo textu etiam confunditur illa opinio,quòd diuersitas actionum resultet ex diuersitate dispositionum, scilicet ex legato realis, ex fideicommisso personalis: quia ibi unica fuit

dispositio erga duos coniunctim & uniformiter collata, & tamen pro eadem dispositione in uim legati ualente, unus personalem, alter realem intentauit. Nec dici potest, quòd ibi unus elegit uiam legati, alter fideicommissi: quia impossibile est unam & eandem rem diuerso iure deferri. l. eum qui ædes in fi. de usucapio. et duos in eadem re ab homine diuerso iure coniungi. l. sed cum patrono de bono possessio. Hactenus de his duabus actionibus personali & reali, quæ uario modo à Scribentibus declaratæ sunt, dixisse sufficiat. Cætera ad hypothecariam pertinentia uideatis per eos in. d. l. i. de lega. i. & in. d. l. i. supra eo. ubi aliquando nos (Deo benè fauente) copiosè differentes uniuersam materiam absoluemus. Et ita ad laudem summi Dei finem accipiat hæc nostra qualiscunque interpretatio, in qua si quid probè uel dictum, uel excogitatum fuit, id omne ad eius gratiam & gloriam referatur. Si quid uerò uel perperam, uel audacius per nos fuerit attentatum, id & mihi homini, & huic nostro seculo reputetur: in quo licitum est unicuiq; in quacunq; professione præsertim legali, quicquid libet effundere, & ēt somnia uigilantiū cartis demandare. ut iam hæc nostra professio tot tantisq; & barbaris, & latinis cōmentarijs infracta, longè maiori caligine suffundatur, quàm si Iustinianus tot nobis uersuū miriades ex antiquis illis Iuris prudentibus reliquisset. Valete studiosi Iuuenes, & plaudite. Dictabat Gribaldus Paduæ, mense Ianuarij. 1553.

SEQVITVR lex Verbis legis de Verb. signi. & lex. Si quis in fundi uocabulo, de lega. i.



005043447


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20


Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Ald.2.1.20